Digitized by Google





Digitized by Google

Digitized by Google

INNOCENTII. III.
PONT. MAX.
EPISTOLÆ,

QVARVM PLVRIMAE APOSTOLICA DECRETA, ALIÆ CHRISTIANI ORBIS Historiam continent.

Ex Cod. MS. Collegij Fuxensis.

CVM LVCVBRATIONIBVS PAVLI DV MAY, IN SVPREMA Burgundiæ Curia Consiliarij Regij.







PARISIIS,

Sumptibus NICOLAI BVON, viâ Iacobæâ, sub signis S. Claudij & Hominis Siluestris.

M. DC. XXV.

Cum Priuilegio Regis.

13.12.P.43

Digitized by Google



ILLVSTRISSIMO VIRO D. DOMINO STEPHANO D'HALIGRE

Sacri Palatij Quæstori integerrimo, & Franciæ Cancellario.



OLENT *Pictores* (vir Illustrissime) *in editioris loci supercilio tabellam aptare, dùm ad normam effigiem delineare non valent, vt longioris interualli discrimine operis mendosi fucus adumbretur: Pari ratione lucubrationum nostrarum cunabula tuæ auctoritatis spectabili virtute ful-*

cienda esse duximus; vt difficiliori conatu argui possint, quæ sine dubio iacerent, nisi virium tenuitas tuâ dignitate adstrueretur. Iamque lectoris geniũ effictum videre videor, adinstar eorum quibus variarum rerum species arridere festinat, cùm molem triumphali pompæ destinatam proximiori spatio contemplantur; vt dùm prima fronte ex oraculo amplitudinis vestræ labores nostros quis inspexerit, sermonis ordinem in Epistolas Innocentij attentiùs ainimaduertat; quas velut integritatis, & religionis tabulas proponere decreui, vt successoribus B. Petri exemplo, & Regibus admirationi esse possint; cùm non minùs antiquitate nominis, quàm virtute auctoris commendentur. Fateamur enim necesse est, quicquid Pontificia prudentia habuit, quod Iuri Ciuili eam ferè adæquaret, circa Innocentium effloruisse; qui diuinarum atque humanarum rerum scientiæ ità sedulò incubuit, vt in ea (quamuis

Digitized by Google

incrementum Comitum Signiæ censeatur) cogitationes omnes defixerit, Saluium Iulianum & vtrumque Neruam (à quibus Nerua & Iulianus Augusti originem duxere) in hac parte sequutus; qui licet Imperatorum auctores, consulentibus subtiliter responsa dedere. Qua de causâ Iustinianus diuino quodam motu Iurisconsultos maiores suos vocat, seque Iureconsultum confitetur; vtpote qui iuris artem quibuscunque alijs perfectiorem certioremque esse probasset æqui bonique Artifex, qui leges tanquàm priuatæ rei patrimonium sibi adscripsit. Indiget siquidem consilium iurisprudentiâ, quâ Politiæ Regiæ ciuile corpus circumagitur, quod honestæ vtilitatis commodo absque vindictæ irritamento hodiernâ die Gallia intuetur, dùm Regno salutem dedisti, & laudatæ memoriæ hostiâ, munere publico functis, parentare dignatus es; illud precatus, vt in flore Principum illiba-

to, Regumque gemmâ Augustum Ludouici Iusti examen subditi amplexantur; cuius virtus in luce totius Europæ, & in oculis huius florentissimi Regni posita laudatur. Scio quanta sollicitudinis curâ districtus viuas, quà nullum ab hoc onere te reclinet otium, monetque preclarè gestorum grata recordatio, Gentilitio tuo Nomine Alacrior, breui subtexere quæ tibi diuinitùs nouissimè contigere; cùm sacri Galliarum Sigilli fortissime defensor, nouarum rerum cupidos coërcuisti, earúmque audaciam (labantia firmaturus) compressisti: ità vt diuinitatis vestigium homini inesse, fateri non exhorrescat Francia, quam non solam, sed vniuersum orbem spectatorem atque veneratorem festâ Regum die habuisti, quæ coronæ Regni, & nascentis Anni, tibíque Στέφανῳ *triplici sorte illuxit; vt ad imminentis angustiæ euersionem, Druydarum* Ἀλύγεσι *haberemus, quos olim,*

tuique originem Carnutum Galliæ suffecit, & religio Ἀλύγεων omine, Primiceriæ Togatorum dignitati, Europæ corculum nuper initiauit; sub Auspicijs Ludouici Regis gloriosissimi, cuius sacro Nomini, seu potiùs Numini, lauros victoríæque palmam, substipulatione huius opusculi consecraui, (cùm de subditorum obsequio & imperij potentiâ posteritati scripta mandabam) quippe humanitatis tuæ singularis testata omnibus professio, muneris nostri obligationem gratam fore persuadet, si Auctoris dignitas, si fatum Libri, si rerum (quarum fit mentio) grauitas perpendatur, ità vt tuæ gratiæ, nostræque pietatis in Manes Innocentij testimonium percepisse existimarim. Quod ego non in aliquâ laudis parte, sed in officij religione pono, vt operi nostro Iudex adhibearis, (vir Illustrissime) à quo nemo prouocare velit aut possit, quódque consilio tuo circâ

to, Regumque gemmâ Augustum Ludouici Iusti examen subditi amplexantur; cuius virtus in luce totius Europæ, & in oculis huius florentissimi Regni posita laudatur. Scio quanta sollicitudinis curâ districtus viuas, quà nullum ab hoc onere te reclinet otium, monetque preclare gestorum grata recordatio, Gentilitio tuo Nomine Alacrior, breui subtexere quæ tibi diuinitùs nouissimè contigere; cùm sacri Galliarum Sigilli fortissime defensor, nouarum rerum cupidos coërcuisti, earúmque audaciam (labantia firmaturus) compressisti: ità vt diuinitatis vestigium homini inesse, fateri non exhorrescat Francia, quam non solam, sed vniuersum orbem spectatorem atque veneratorem festâ Regum die habuisti, quæ coronæ Regni, & nascentis Anni, tibíque Σπέρανϑ *triplici sorte illuxit; vt ad imminentis angustiæ euersionem, Druydarum* Λλύγεσι *haberemus, quos olim,*

tuique originem Carnutum Galliæ ſuffecit, & religio Ἀνύγεων omine, Primiceriæ Togatorum dignitati, Europæ corculum nuper initiauit; ſub Auſpicijs Ludouici Regis glorioſiſſimi, cuius ſacro Nomini, ſeu potiùs Numini, lauros victoriæque palmam, ſubſtipulatione huius opuſculi conſecraui, (cùm de ſubditorum obſequio & imperij potentiâ poſteritati ſcripta mandabam) quippe humanitatis tuæ ſingularis teſtata omnibus profeſſio, muneris noſtri obligationem gratam fore perſuadet, ſi Auctoris dignitas, ſi fatum Libri, ſi rerum (quarum ſit mentio) grauitas perpendatur, ità vt tuæ gratiæ, noſtræque pietatis in Manes Innocentij teſtimonium percepiſſe exiſtimarim. Quod ego non in aliquâ laudis parte, ſed in officij religione pono, vt operi noſtro Iudex adhibearis, (vir Illuſtriſſime) à quo nemo prouocare velit aut poſſit, quódque conſilio tuo circâ

Rempublicam fuerit ordinatum, id ad beatitudinem & ad gloriam Imperij accedat. Datum Augustæ Parisiorum Eid. April. A. D. 1624.

Amplitudini vestræ
addictissimus,
DVMAY.

Digitized by Google



LECTORI
S. D.



VM nonnullis (quorum iudicium plurimi facio) ſtudij fœtus placere comperiſſem, operi liberiores habenas dedi, cuius adminiculo Annalium Illuſtriſſimi Cardinalis Baronij Series, & Bzouij Auctuarium facilè cõtexi poſſunt, rectáque dicendi ratio, & Reipublicæ adminiſtrandæ cura inueſtigari eadem ſagacitate, quâ in Eccleſiâ Dei clauum tenebat Innocentius tertius, qui genus argutum ſcribendi habuit, cum acumine ſententiarum & venuſtate verborum, ſapientiſſimè & è Republicâ, vt omnia; legúmque liberalem cauſſam ſibi vindicauit, vt caſtigata iudiciorum facies ab emendato exemplari delinearetur; ſub cuius Imperio faſces B. Petri per vniuerſum orbem ſpirituale clauium regimen

obtinuerunt. Variorum etiam Principum mores & litium examina in his Epistolis continentur, quibus Parlamenti Diuionensis trutina (vbi Cassij Tribunal, reorúmque scopulus) in lucubrationibus nostris adæquatur; quas in iustitio scripsi, dùm foro cessante, pacatâque iurgiorum rabie, Alcedonia Curiæ, quæ curas intermisit Autumni tempestate ineunte, arrident; quò magis contendi, vt circà subsellia pro rostris in pari caussâ idem litis ordo dirigatur. Nec enim tàm ociosam doctrinam iuris ciuilis in scholarum vmbrâ delitescentem, quàm veram & non fucatam Philosophiam, quæ in puluerem & solem emergit, testari debemus; Liliati etiam sceptri iura dominicalia (vt & Regalia in Ecclesiis) quæ à Deo Opt. Max. Ludouicus Rex Christianissimus adinstar maiorum obtinet, accuratiori diligentia inquirimus, circà Feudorum Bearnensis, Fuxensis, Conuenarum, & Insulæ (quæ Iordina dicitur) merum imperium; cuius suprema administratio in iure Gladij Francici versatur; vt ex auctoribus de meliore notâ, Actorúmque publicâ fide, probamus. Patriarchæ Constantinopolitano

in Ecclesia suâ, norma præscribitur. Patriarchę Antiocheno prędia in emphyteusin dandi licentia conceditur; Ingebergæ Reginæ in diuortio luctus subleuatur, Mariæ Pannoniæ Imperatrici Constatinopolitanæ donatio propter nuptias facta confirmatur. Capituli ineundi tempus Abbatibus præfigitur; Philippus Augustus Regalia in Episcoporum contumaciâ percipit, Principes certis de causis ab Ecclesiâ Dei abdicantur, S. Germano à Pratis Parisiensi in murorum ampliatione census & reditus reseruātur; Dispensatio in gradu affinitatis prohibito sæpius circà matrimonij copulam datur, Diuione S. Bernigni Monasterium reformatur, & Decanus Christianitatis à calumniâ liberatur; Hominium à Theobaldo Iuniore Comite Campaniæ Philippo Augusto præstatur, & transactio super hoc facta rata habetur: Super iure primatiæ Bituricensis & Burdegalēsis Achiepiscopi intentionem, errorisque Albigensis originem & exitum, Regisque Britannici, & Comitis Tolosani exoletam præstationem, Vualisdai Regis Poloniæ cum tegno, sub protectione B. Petri receptionem, aliáque notitiæ tuæ intellectu

digna reperies (Amice Lector.) Nomina Principum & Regionum, quæ primordialibus elementis tantùmmodo designantur, cóceptis verbis descripta innotescent, dùm ad locupletioris testimonij fidem, auctorum adminiculis rem totam comprobamus; quorum verba modò incanescentis ætatis vitio, interdùm bibliopolarum desidiâ & stupore corrupta, tanquàm ex beneficio Prætoris in integrum restituuntur. Addes, corriges, aut supplebis, ex honorarij iuris formulâ, quæ tibi apta videbuntur, quæsitóque beniuolentiæ tuæ affectu districtioris iudicij calculum ferre dubitabis; dùm sententiæ nostræ veritatis studio adstipulari festinas. Hominem siquidem me esse fateor, & si quis sępiùs me errare dixerit, non inficiabor; licet aliter sentiant operum suorum admiratores, qui relictis veterum castris emansores & fugitiui per varios errorum anfractus vagari gestiunt, licet aliquid Rhodani Gallici sapiant, dùm limo litteraturæ obsoletioris, præcipiti destinatione paginam inuoluunt. Selectarum copiam feci, sed prolixiori indagine Codicem M. S. lustrassem, nisi arctioris temporis interuallo, (quo mu-

tui fœdus ſancitum fuerat) fidei promiſſæ ſtare decreuiſſem. Sed eiuſdem Codicis abſolutus ordo typis mandabitur, modo Collegij Fuxenſis alumni deſiderij publici precibus, votoque noſtro ſubſcribant, ex cuius authentico, probatæque fidei exemplari, ſeriem Epiſtolarum quam vides collegimus, cùm Toloſæ dulciſſimæ patriæ iampridem ageremus. Bene vale.

Digitized by Google

APPROBATIO.



Nimaduersiones hasce Domini Dumay, in Senatu Diuionensi Consiliarij Regij in Epistolas Decretales Domini Apostolici Innocentij Papæ tertij, explorauimus, Nos Doctores Theologi è Sorbonâ Parisiẽsi, in quibus virum verè Senatorem sese ostendit, adeò variè Historiam Sacram cum Ciuili contexit, admirabili certè elegantiâ, & eruditione, sed imprimis orthodoxo fidei auitæ cultu, cui nihil agnouimus in illis, quod repugnet, aut animaduersioni sit obnoxium: imò dignissimæ videntur, in quas aduertant animum litterati & pij, qui vtrique Reipubicæ Ecclesiasticæ & Politicæ consultum, & ius suum antiquum retẽtum volunt. E musæis nostris apud Lutetiam Parisiorum IX. Kal. Februarij, A. D. 1624.

G. FROGER, PH. HEBERT.

IN AVCTORIS CONSILIVM.



Itv ſepultas Innocentij chartas
Vetuſtiorum temporum notatrices,
Queîs ille fulgens dignitate ſupremâ
Tàm iuris auctor, quàm peritus interpres,
Regum, Ducúmque terminauerat cauſas;
Donare luci primus occupat Dumay,
Et indicare lectus, optimum donat
Sibíque & aliis, quod ſequantur, exemplum.

Hugo Grotius, IC. Batauus.


LVDOVICI XIII. Francorum & Nauarræ Regis Christianissimi authoritate, concessum est NICOLAO BVON, Bibliopolæ Parisiensi, typis mandare & venales habere *Innocentij PP. III. Epistolas vnà cum lucubrationibus Dom. Dumay in Senatu Diuionensi Consiliarij Regij*, aliisque cuiuscunque conditionis interdictum est intrà decennium, vt patet in diplomate regio dato Augustæ Parisiorum, die 6. Februarij 1625. Subsignato.

DE CVIGY.



INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN NOTIS EXPLICANTVR.

A



é

D

E

G

H

I

M

N

O

P

Digitized by Google

V

Google



NDEX AVCTORVM QVI IN NOTIS CITANTVR, EXPLICANTVR, EMENENDANTVR.

A

B

F

G

H

I

Digitized by Google

O

P

Explicit.

Errata sic corrigito.

P. 32. lin. 17. l. nostrum, p. 57. lin. 8, l. eundem, p. 58. lin. 2. l, 2. Idus, p. 60. lin. 2. l. absque dubio sunt p. 103. lin, 16, l. Archiep. p. 223. lin. 3, l. promittimus, p. 152. lin. 19. l. εἰκῶ. p. 156. lin. 20, l. χρίσιν. p. 164. lin. pen. lege l. 3. p. 167. li. 17. l, iugatio p. 176. lin. 26. l. ἔνεχυ, ὑπὲρ p. 179, lin. 2. adde soror. p. 182. lin. 6. l, municipalis p. 187. lin. 5, l. relig. p. 193. lin. 18. l. οὐ συντελεῖ p. 193. lin. 14. l. primatiâ p. 196. l. Χωνδὸν p. 196. lin. 24. l. Sitifensis p. 197. lin. 13. addè ex triplici p. 198. lin. 5 l, & Conc. lin. 16. l. continebuntur p. 200. lin. 17. l. πλέυεσιν 203. p. lin, 10. l. & Diuûm p. 205, lin. 19, l. σώρε Eustathius p. 206. lin. 4. l. Tolos lin, 11. l. mandum & de regularibus p. 209. lin. 10. l. adhiberi p. 212. lin. 4. l. Symmachum p. 216. lin. 6. l. initæ p. 222. lin. 9. l. innumeræ pag. 223. lin. 2. l. Diis p. 225. lin. 17. l. Πλὴν lin. 19. προσήκουσοι p. 227. lin. 10. l. arroutez p. 231. lin. 20. dele δὶς p. 234. lin. 11. l. fidelitati p. 235. lin. 16. l. præstatio p. 236, lin. 27. l, p. 239. lin. 21. l. bullam p. 244. lin. 1. L. Nou. III.

R

S

T

Digitized by Google

A-A



INDEX TITVLORVM IVRIS PONTIFICII ET CÆSAREI, QVORVM VARIA CAPITA,

&c leges in Notis citantur, explicantur, emendantur: ità vt C. Cod. Iustinianeum C. Th. Cod. Theodosianum D. Decretales Gregorij PP. π. Pandectas, I. Institutiones iuris ciuilis priuatis elementis demonstrent.

A

B

C

D

E

Digitized by Google



INNOCENTII
TERTII
PONTIF. MAXIMI
EPISTOLÆ.

Ex libro XIII. Regeſtorum Pontificatus ſui. Anno XIII.

Patriarchæ Conſtantinopolitano.

EPISTOLA I.

Mandatur quòd perſonas idoneas & ſufficientes promoueat ad ordines, cuiuſcumque nationis ſint.

SI tua fraternitas conſideraret attentè quòd ab vno patre deſcenderimus vniuerſi, & quòd non ſit perſonarum acceptio apud F. 4. C. MS.

Digitized by Google

Deum, ſed ei de omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiam eſt, acceptus; in diſpenſando talenta tibi credita, non perſonas, ſed merita potiùs attenderet perſonarum. Verùm quia ſicut chariſſimus in Chriſto filius noſter Imperator Conſtantinopolitanus illuſtris ſua nobis inſinuatione monſtrauit, hoc minus attentè conſiderans quàm deceret, prout caro & ſanguis reuelauit tibi, ſolos Venetos vel ſubiacentes eiſdem in Eccleſia tua promoues, Francos & alios probos viros alterius nationis quàm tuæ promouere contemnens; Volumus ab huiuſmodi reuoceris abuſu, per quem diuinam & noſtram incurrere poſſes offenſam: fraternitatem tuam monentes attentiùs & hortantes, quòd de perſonis idoneis & honeſtis vndecumque acceptis Eccleſiam tuam taliter ordinare procures, quòd in ordinatione ipſarum magis merita, quàm perſonas

attendere videaris. Specialiter autem ipsius precibus Imperatoris inducti pro dilectis filijs H. Presbytero, Iacobo Subdiacono, & Petro de Christo Apostolicas preces tibi duximus destinandas, monentes attentiùs & hortantes, quatenùs eis ob reuerentiam Sedis Apostolicæ & nostram in Ecclesia tua conferas Præbendale beneficium, preces nostras taliter impleturus quòd deuotionem tuam indè possimus meritò commendare. Datum Laterani Id. Martij, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

M. quondam Constantinopolitanæ Imperatrici illustri.

EPISTOLA II.

Confirmatur donatio propter nuptias facta.

IVSTIS petentium desiderijs dignū est nos facilem præbere consensum, Fol. 6. C. MS.

& vota quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu pro ſequente complere. Eapropter chariſſima in Christo filia tuis iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, donationes propter nuptias à claræ memoriæ B. Marchione Montisferrati in Romaniæ Imperio tibi legitimè factas authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decreuimus ergò vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei, & c. vſque incurſurum. Datum Laterani Cal. April. Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Illuſtri Reginæ Francorum.

EPISTOLA III.

Conſolatur Reginam in triſtitia ſua.

Fol. 11 C. MS SVPER amaritudine in qua es paterno tibi compatientes affectu,

ſerenitatem tuam conſolando monemus, vt quæ alios cum Rege conſorte tuo per matrimonialem ipſius copulam acceſſiſti rectura (veneranda Regina) te regas in imminentis pugnæ moleſtia, per quam Deus voluit tuam examinare virtutem: ſic in omnibus quæ aduerſa videntur & dura, te formans, vt plus ex fortitudine mentis ea quàm ex neceſſitatis inſtantia perferendo, non tam pareas, quàm ſuper ijs aſſentias voluntati diuinæ, nec vnquá triſtius excipiés quod acciderit contra votum, tributum tuum hilarius non inuita perſoluas, attendens quòd vniuerſa quæ in miſeriæ huius mundo à quocumque pendũtur, quaſi quædam neceſſaria ſunt humanæ vitæ tributa, quorum immunitatem nemo poterit cum effectu vel petere vel ſperare. Quapropter (chariſſima in Chiſto filia) de tua te conſolare fortuna, & animum induendo virilem ab ipſius conſtantia

non recedas,vt quaſi de proprio facto conqueſta illud tibi gemas accidere, quod multis indignioribus non videris euenire. Cùm enim ſine aduerſario virtus marceat, quæ quāta ſit aut quid valeat tunc apparet cùm illam patientia manifeſtat, in exagerationem doloris nequaquam eſt peruertendum quod verius poteſt ad conſolationis materiam imputari. Pater quippe cæleſtis, carnalium more parentum non educantium filios in delicijs, quos intendunt ad virtutem componere, te per hæc voluit experiri, & ſibi non tanquam delicatam, ſed ſicut electam filiam præparare. Qua de re periculoſius reputans quod in reprobis alitur audacia per licentiam, quàm quòd virtus per diſciplinam proficit in electis, patientiam tuam feras humiliter exerceri: & quia patientibus patienter paſſio non eſt pati, ſic æquanimiter ſuſtineas vniuerſa, quòd ille, in cuius manu

cor Regis eſt, & quocumque voluerit vertet illud, humilitatis tuæ merito prouocatus, non ſolùm aduerſitatis cauſa ſubmota, conciliando tibi animum viri tui tuam remuneret patientiam, verùm etiam gratia ſui, qui verus ſponſus eſt fidelium animarum, expectationis tuæ anguſtiam compenſet, ſecura de nobis quòd in quibus oportuerit & decuerit nequaquàm ſuffragium fauoris Apoſtolici ſubtrahemus. Datum Laterani Non. Maij Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Aurelianensi Episcopo, & Helemosinario Cistercienst, & Bonævallis Abbati.

EPISTOLA IV.

Quòd Abbatissa Monasterij sancti Auiti suis demeritis ab administratione remota, aliam sororibus faciant eligi sufficientem.

Fol.11 CMS CVM post alia, circa quæ super correctione Monasterij sancti Auiti de mandato nostro prouidè processistis, Abbatissam eiusdem loci, prout erat exigente iustitia faciendum, ab administratione suspensam, excommunicationis quoque vinculo curaueritis innodare, ad depositionem ipsius, quamuis expedire plurimum videritis, propter appellationem quæ ab ipsa videtur interposita, sine conniuentia nostra, sicut accepimus, procedere dubitastis. Quia igitur intellexi-

mus Abbatiſſam prædictam à Monaſterio ipſo merito amouendam, eaque ibi præſidente vel reſidente ſtatum præfati Monaſterij commodè reformari non poſſe, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs eidem ab ipſo prorſus amotæ juxta quod ordini & ſtatui ſuo congruit, authoritate noſtra ſublato appellationis obſtaculo, prouideri alibi facientes, iniungatis ſororibus Monaſterij ſupradicti, vt per regularem electionem ſibi præficiant perſonam idoneam in Rectricem. Quod ſi non omnes, &c. tu frater Epiſcope, &c. Datum Laterani 5. Non. Maij Pontificatus noſtri anno tertio decimo.

Roffensi & Saresberiensi Episcopis.

EPISTOLA V.

Quod publicent sententias excommunicationis latas à Sede Apostolica contra Ioannem Regem Angliæ, quòd B. quondam vxori Regis Angliæ fratris sui non restituat dotem ex mandatis Apostolicis.

F 13. & 14. c. MS. VTINAM Ioannes Angliæ Rex nostris acquiescens monitis & consilijs sic regeret semetipsum, vt nos, qui de corde puro, conscientia bona & fide non ficta eius salutem diligimus & honorem, in ipsum non cogeret Ecclesiasticam exercere censuram, nec contra se diuinam iracundiã prouocaret: illis iniurias inferendo, quibus impertiri deberet gratiam & fauorem. Compellimur etenim vel

Digitized by Google

inuiti ſcribere contra eum qui toties noſtra monita præterijt aure ſurda, vt querela chariſſimæ in Chriſto filiæ B. quondam Anglorum Reginæ illuſtris indicat, ſæpe ſæpius noſtris auribus inculcata, à cuius clamore nec poſſumus nec debemus auertere noſtras aures, quia ſumus omnibus in iuſtitia debitores: illius vicem licet immeriti gerentes in terris, qui hominis perſonam non accipit, ſed cum tranquillitate iudicans facit miſericordiam & iudiciũ omnibus iniuriam patientibus, & reddit retributionẽ ſuperbis. Sæpe namq; ipſum recolimus monuiſſe vt ſuæ ſaluti conſulens & honori, eidem Reginæ ſuper dotalitio ſuo, medietate mobilium inclitæ recordationis Regis Richardi fratris ſui, & quibuſdam alijs quæ ipſa ſibi competere aſſerit, ſatisfaceret. Sed quia nec id curauit efficere, nec coram iudicibus illis, quibus negocium ipſum pluries dignoſcimur

commiſiſſe, ipſi iuſtitiam exhibuit ſuper eis: nos tandem ipſi dedimus in mãdatis, vt vſque ad feſtum Natiuitatis proximè venturum per procuratorem idoneum noſtro ſe conſpectui præſentaret, exhibiturus præfatæ Reginæ vel procuratori eiuſdem ſuper præmiſſis, & alijs, ſi qua fortè aduerſus eum duceret proponenda, quod ordo poſceret rationis. Ipſe verò licet dilectus filius prior Vuigorniẽſis de mandato re. f. M. Vuigornienſis Epiſcopi exhibitis ei litteris noſtris, præfatum terminum ex poteſtate noſtra ſibi peremptorium aſſignarit, ſicut re. f. N. Elienſis & præfatus Vuigornienſis Epiſcopi, quibus ſuper hoc direximus ſcripta noſtra, per ſuas nobis litteras intimarunt; id tamen facere contempſit omninò, procuratore ipſius Re-
æ ad prædictum terminum ad Se-
n Apoſtolicam accedente, ac per
m uor menſes & ampliùs expectan-

te. Nos igitur in nostræ salutis dispendium nolentes vlterius deferre homini contra Deum; ipsum per litteras monuimus & exhortati sumus attentiùs, in virtute Spiritus sancti eidem firmiter iniungentes, vt vsque ad sex menses post susceptionem litterarum nostrarum, aut prædictæ Reginæ satisfaceret congruè de prædictis, aut componeret si fieri posset amicabiliter cum eadem, vel per sufficientem & idoneum responsalem Apostolico conspectui se præsentaret, & eidem vel eius procuratori super ijs & alijs, quæ aduersus eum duceret proponenda, fieret iustitiæ cõplementum; alioquin ex tunc ciuitates, villas, castra & maneria quæ ad dotalicium præfatę Reginę spectare noscuntur, in ipsis litteris suis nominibus annotata, licet ex alia causa supposita sint sententiæ interdicti, propter hoc tamen pari sententiâ specialiter decreuimus alligata, vt in om-

nibus illis nequaquam interdicti sententia relaxetur, donec super hoc idem Rex satisfecerit competenter. Dantes vobis districtè nihilominus in præceptis, vt humana gratia & mũdano timore postpositis, eandem publicaretis sententiam, & faceretis, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, authoritate nostra firmiter obseruari. Vos autẽ licet pridiè Idus Iulij proximè præteriti, sicut ex litteris vestris accepimus, nostras curaueritis eidem litteras præsentare, & ipsarum continentiam sibi exposueritis diligenter, & idem nec præfatæ Reginæ satisfecerit, nec amicabiliter composuerit cum eadem, nondum tamen ad publicationem ipsius sententiæ processistis, pro eo quòd vobis non constitit Regem præfatum infra sex menses non direxisse iuxta mãdati nostri tenorem ad nostram præsentiam responsalem. Cùm igitur à

tempore quo sibi nostras litteras præsentastis, nouem mensium spacium & amplius sit elapsum, nec Rex idem ad præsentiam nostram propter hoc aliquem direxerit responsalem, procuratore Reginæ diutiùs expectante, ac eadem per decennium & ampliùs post nos clamauerit incessanter: fraternitati vestræ per iterata scripta mandamus, & districtè præcipimus, quòd humano fauore & timore postpositis, ad publicationem eiusdem sententiæ, ac obseruationem ipsius, iuxta priorum continentiam litterarum, sublato contradictionis cuiuslibet & appellationis obstaculo, procedatis: præceptum nostrum taliter impleturi, quòd plus Deo quàm homini deferre probemini, & vestra possit obedientia inde meritò commendari. Qualiter autem in executione præcepti Apostolici processeritis, tàm nobis quàm præfatæ Reginæ curetis litteris vestris fideliter

intimare. Quod si non ambo, &c. alter vestrûm ea nihilominus exequatur. Datum Laterani secundo Idus Maij anno tertio decimo.

Nobili viro S. de Monteforti Comiti Leicestriæ, V. Biterrensi & Carcassonensi.

EPISTOLA VI.

Confirmatur traditio ciuitatis Albiensis, quam ab hæreticis acquisiuit.

F. 17. c. MS. HABVISSE baiulos dominici verbi fidem ad sinapis Euangelicæ quantitatem felix tuæ translatio promotionis ostendit, dùm nominationis tuæ non solùm, sed & denominationis vocabula bonis interpretatus operibus, in auditu auris obedisti secundum nomen tuum, in locum peregrinationis exire, ac sicut mons infirmas partes Ecclesiæ muniturus, ad verbum prædica-

prædicatorum fidelium es translatus. Cùm in manibus tuis, quem zelus Domini contra fidei subuersores armauit, idem Dominus ciuitatem tradiderit Albiensem, nos super hoc in Domino gratulantes, ciuitatem ipsam cum omnibus pertinentijs suis, sicut tibi est ad diuinæ maiestatis honorem pro tutela pacis & fidei defensione concessa, tibi & hæredibus tuis in fide Catholica & deuotione Sedis Apostolicæ permanentibus, authoritate Apostolica confirmamus. Datum Lateran. 4. Calendas Iulij. Anno tertio decimo.

Abbati & Conuentui sancti Germani de Pratis Parisiensis.

EPISTOLA VII.

Quòd census quem habebant in vineis & domibus, in quibus fiunt muri Pari-

ſienſes, & alia ædificia, etiam perſol- uatur in ædificiis de nouo conſtructis.

F.18. CVM per medium vinearum veſtrarum infrà parrochiam ſancti Sulpicij poſitarum, quæ ad veſtrum Monaſterium pertinent pleno iure, ad munitionem ciuitatis Pariſienſis conſtruantur de nouo muri, ſicut ex veſtra inſinuatione didicimus, prouideri ſuper hoc vobis authoritate Apoſtolica petiiſtis. Ne igitur huiuſmodi occaſione murorum, parrochiale ius in Monaſterij veſtri diſpendium immutetur, præſentium vobis authoritate concedimus, vt idem ius in ædificijs eiuſdem parrochiæ conſtituendis & ipſorum habitatoribus habeatis, quod in ipſius veteribus ædificijs & habitatoribus & eorundem dinoſcimi habuiſſe hactenus. Nulli ergo, &c. Hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei, &c. vſque incurſurum.

Datum Lateran. quarto Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

Vniuersis Abbatibus nigri Ordinis per Rotomagensem Prouinciam constitutis.

EPISTOLA VIII.

Quòd possint tenere Capitulum semel in anno.

ORDINEM Religionis plantare ac plantatum fouere, ex officij nostri debito prouocamur, & sic Religiosorum petitionibus Apostolicũ nos conuenit præbere patrocinium, & fauorem, quòd sub regimine ac gubernatione nostra valeant assiduis proficere incrementis. Sanè gaudemus in Domino, à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum, quòd diuinitus inspirati ad corrigen- F. 11 C.M 1

dos exceſſus qui aliquando in veſtris Monaſterijs ſuadente inimico humani generis committuntur, ſtudium efficax adhibetis, vt inquinamentis malitiæ ac diſſolutionis vitiis abdicatis, efficacius poſſitis vos diuinæ ſubdere ſecuritati, & per opera pietatis gratiorem præſtare altiſſimo famulatum. Vt autem per fauorem Apoſtolicum regularia ſuſcipiant inſtituta vigorem, neque poſſint per alicuius inſolétiam eneruari, vt liceret vobis de noſtra permiſſione, petijſtis ſemel in anno ſub aliquo Abbate religioſo & humili eiuſdem prouinciæ Capitulum celebrare, vbi per conſultationem omnium tam Abbatum exceſſus, quàm diſſolutiones Monachorum, ſaluo per omnia iure Prælatorum comprouincialium, compeſcantur: volentes de quarto in quartum annum per vos vel per nuncios veſtros ad Apoſtolorum limina viſitanda teneri, recepturi à no-

bis salubria monita & præcepta, quibus vigor religionis Monasticæ foueatur. Nos vero vestris postulationibus annuentes, charitati vestræ concedimus, vt hoc salutare propositum incipiatis exequi diligenter, & quid ex ipso proueniat nobis fideliter intimetis, vt si viderimus quòd per executionem ipsius religionis honestas suscipiat incrementa, quod ad robur perpetuæ firmitatis super eo fuerit statuendum, securiùs & cautiùs statuamus. Datum Lateran. 13. Calend. Septembris, anno tertio decimo.


BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Nobili viro Comiti Tolosano.

EPISTOLA IX.

Quòd extirpet Hæreticos de terra sua prout promisit.

NON decet tantum virum super iustis promissionibus suis desi- Fol. 30

ſtere vel tepere, quin eas ſic ſtudioſus adimpleat, prout factas ſibi deſiderat promiſſiones impleri. Cùm igitur de terris tuis Hæreticos promiſeris amouere, miramur non modicum, & dolemus, quòd ipſi adhuc in terris eiſdem ſicut accepimus tua faciente negligentia (ne te permittente, dixerimus) commorantur. Quia vero præter animæ tuæ periculum, quod ex hoc poſſes incurrere, graue famæ tuæ diſpendium patereris; nobilitatem tuam rogamus, monemus attentiùs & hortamur, per Apoſtolica ſcripta tibi mandantes quòd excommunicare à terris eiſdem hæreticos, prout te coram nobis recolimus promiſiſſe, non poſtponas, alioquin excommunicatoribus eorundem terras ipſorum noueris eſſe conceſſas, diuino iudicio poſſidendas. Datum Lateran. ſexto decimo Calendas Ianuarij anno decimo tertio.

Salzeburgenſi & Magdeburgenſi Archiepiſcopis, Epiſc. & Abbati de Pigauia Merſebur. dioc.

EPISTOLA X.

Quòd diſpenſent in gradu affinitatis vt exinde poſsint matrimonium contrahere Dux Auſtriæ & filia Marchionis Miſnenſis.

DILECTVS filius nobilis vir Dux Auſtriæ per ſuas nobis litteras intimauit, quòd cùm inſignitus ſit charactere crucifixi, cum multitudine armatorum proficiſci diſponens in ſubſidium terræ Sanctæ, ac filium in ætate tenera conſtitutum & terram ſuam nulli commodiùs quàm nobili viro Marchioni Miſnenſi valeat commendare, per ſuos & eiuſdem Marchionis amicos habitus eſt tractatus de matrimonio inter filium ſuum & Fol. 11

eiusdem Marchionis filiam contrahendo, vt hoc facto securiùs ei committeret terrã suam. Verùm nonnullis firmiter asserentibus quòd in quarto & quinto consanguinitatis gradu se dicti pueri contingebant, non fuit vlterius in eodẽ facto processum. Vnde tam supradicti nobiles, quàm multi magnates alij per suas nobis litteras humiliter supplicarunt, vt multiplici vtilitate pensata, quæ speratur ex huiusmodi copula prouentura, dispensare cum prædictis personis ex benignitate Apostolica dignaremur, quatenus eisdem matrimonialiter copulari ex nostra permissione liceret. Quocirca præsentium vobis authoritate mandamus, quòd de gradibus consanguinitatum vtrinque ac vniuersa genealogiæ serie, à stipite scilicet vsque ad personas illas, de quarum coniunctione tractatur, & an scandalum valeat ex hoc facto suboriri, & de necessitate

vrgente, ac euidenti vtilitate quæ dispensationis gratiam solent in huiusmodi negotijs suadere, inquiratis diligentissimè veritatem, & quod inueneritis per vestras nobis litteras fideliter intimetis, vt per eas certiores effecti, prout expedire viderimus, in eodem negotio procedamus. Quod si non omnes, &c. duo vestrum ea, &c. Datum Lateran. 2. Calend. Augusti Pontificatus anno 13.

Nobili Mulieri B. Comitissæ Campaniæ.

EPISTOLA XI.

Confirmatur quædam compositio facta inter ipsam & Philippum Regem Francorum.

IVSTIS petentium desiderijs dignum est nos facilem præbere consensum, & vota quæ à rationis tramite non dis- fol. 9. C.MS.

Digitized by Google

cordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecta in Christo filia tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem inter te ac charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem super custodia nati tui, & ab ipso nato eidem Regi hominio faciendo, & quibusdam alijs articulis initam, sicut proinde facta est, & ab vtraque parte sponte recepta, & iuramento firmata, & in authenticis exinde confectis pleniùs continetur, authoritate Apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani Calendis Decembris anno tertio decimo.

Episcopo Tyburtino.

EPISTOLA XII.

Quòd assertioni mulieris, quæ primò asseuerat filium procreasse ex quodam, est standum, licet posteà eadem mulier contrarium asserat, etiam per juramentum.

PER tuas nobis litteras intimasti, quòd cum T. Tyburtinus ciuis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem interim susceperit ex eadem, ac ipsa postmodum diuertens ab eo ad ipsum post non multum tẽporis rediisset, filium quem reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit concepisse, qui licet à principio dixerit illum nequaquam suum esse filium, cùm mulier illa per septennium ei cohabitans ex eo minimè concepisset, mulieris tandem & aliorum deuictus instantia eum suum filium re- F.30. C.M.S.

cognouit, Rainaldũ eum nomine appellando. Cùm autem Idem R. ad virilem perueniſſet ætatem, & domum Saturnellæ ſororis ipſius T. frequentaret, quæ ipſum nepotem ſuum publicè nominabat, & Sophiã ipſius Saturnellæ filiam, cum qua cotidianam conuerſationem habuerat, in vinea inueniſſet, arrauit & carnaliter cognouit eandem. Quod cum perueniſſet ad notitiã Saturnellæ acriter increpauit vtrũque, & filiam apud ſe retinẽs ſuprà dictum R. remouit à domo. Cum autem mater ipſius Rainaldi accepiſſet quòd pater eiuſdem Sophiæ d. R. grauiter minabatur, in ciuitatis platea iurauit publicè coram multis, quòd Rainaldus ſupradictam Sophiam propinquitatis linea minimè contingebat, affirmans ſub virtute prædicti juramenti ſe de alio quàm de ſupradicto T. antefatum ſuſcepiſſe Rainaldum. Cùm ergo nos duxeris conſulendos an mulieris aſſer-

ni ſit ſtandum in hac parte, & an
:moratus R. ſupradictam Sophiam
bere valeat in vxorem, inſinuatio-
præſentium tibi reſpõdemus, quòd
n idem R. quem dicta mulier filium
cti Tyburtini primitùs conſtãter aſ-
uit, & ille ipſius præcipuè deuictus
tantia ipſe ſuum filium penitùs re-
gnouit, filius dicti T. nominatus
nmuniter fuerit & habitus ab am-
bus, eiuſdẽ iurationi mulieris poſt-
dum in contrarium præſtitæ non
ſtandum: cùm nimis indignum ſit
ta legitimas ſanctiones, vt quod
quiſque voce dilucidè proteſtatus
, id in eundem caſum proprio valeat
timonio infirmare. Vnde apparet
: conſequentiam quòd prædictus
memoratam S. (cui prima facie præ-
nitur conſobrinus) habere non po-
t aliquatenus in vxorem. Datum
terani quinto Calendas Decembris
ntificatus noſtri an. tertio decimo.

Nobili viro S. Comiti Leicestriæ, domino Montisfortis.

EPISTOLA XIII.

Quòd exigat & colligat censum trium denariorum Ecclesiæ Romanæ debitorum, pro qualibet domo ab hæreticis acquisita, & inposterum transmittat Sedi Apostolicæ.

F.30. C.M.S. VT tuæ nobilitatis deuotio, quam expertam habemus, in multis sit nobis obnoxior, ea tibi duximus committenda, per quæ nobis & Apostolicæ Sedi possis & debeas ampliùs complacere. Ideoque nobilitati tuæ (de qua plenè confidimus) per Apost. scripta mandamus, quia cùm fideliorem te nó possimus in ipsis partibus inuenire, istud onus pro nobis assumas, vt censum trium denariorum, quos de vnaquáque domo de terra contra hereti-

cos acquisita Sedes Apostolica debet recipere annuatim, fideliter colligas & reserues, ipsum nobis per fidelem nuncium transmissurus, vel eis assignaturus quibus nostris litteris tibi duxerimus iniungendum. Datum Laterani quinto-decimo Calendas Ianuarij, anno decimo-tertio.

Philippo Illustri Regi Francorum.

EPISTOLA XIV.

Quòd restituat Episcopis Altißiodorensi & Aurelianensi temporalitatem suorum locorum ex mandato dicti Regis eis ablatam.

Cùm alij Reges & principes rationes & libertates Eccclesiasticas persequuntur, nos (fili charissime) te illis obiicimus in exemplum, quòd eas in regno tuo custodis illæsas, propter quod & Dominus iustus iudex te ac re- F. 31. C. M. s

gnum tuum hactenùs custodiuit illæsum, quin etiam magnificè augmentauit, nec augmentare ac custodire desistet. quamdiu tu & hæredes tui fideliter curaueritis in hoc laudabili proposito permanere, quod & apud Deum est meritorium, & apud homines gloriosum. Nam si ad regna vicina partim & remota oculos tuæ considerationis extendas, manifestè videbis quàm grauiter Deus illa contriuerit, quorum Principes, rationes & libertates Ecclesiasticas infringere pręsumpserũt. Nuper autem, quod dolentes referimus, nostris est auribus intimatum, quòd tua regalis sublimitas contra venerabilem fratrem nostrorum Autissiodorensem & Aurelianensem Episcopos indignata, rem agi præcepit, non vtique sui moris, sed nec etiam sui iuris, dùm eorum saisiri fecisti Regalia, imò etiam quædam alia pręter ea, cùm necdum de aliquo forisfacto cófessi fuerint,

int, vel conuicti, nec etiam ad satisfaciendum commoniti, vel inducti, eui occasione prętensa, quòd quidam orum milites in tuo exercitu constituti, ad locum, quem eos adire præceperas, cum aliis ire noluerunt, absentibus eisdem Episcopis, per licentiam te liberaliter impetratam, & cùm tam per seipsos, quàm etiam per venerabiles ratres nostros Senonensem Archiepiscopum & Coëpiscopos suos tibi humiliter supplicauerũt, vt faceres eis eddi regalia sic subtracta, paratis post nodum Curiæ tuæ subire iudicium, sicut in talibus fieri cósueuit, tu supplicationes eorum admittere noluisti, sed ogis eos miserabiliter exulare. Propter quod ipsi de prudentium virorum consilio terram tuam in eorum liœcesibus constitutam supposuerunt Ecclesiastico interdicto. Sed nec sic potuerunt à te satisfactionem aliquam obtinere, vnde coacti sunt Apostoli-

cum patrocinium implorare. Quocircà serenitatem tuam rogandam duximus & monendam, in remissionem peccaminum tibi iniungentes, quòd pro diuini nominis gloria, & honore Sedis Apostolicæ facias prædictis Episcopis subtracta restitui vniuersa, & eos secundum consuetudinem approbatam iustè ac modestè tractari, donando nobis intercedentibus pro Deo & propter Deum, si quam pręfati Pontifices aduersum te commiserunt offensam, ne hac ratione contingat inter regnum & sacerdotium scandalum exoriri, quia nos in maioribus tibi curabimus grata (fauente Domino) vicissitudine respondere. Datum Laterani decimo-septimo Calendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio-decimo.



Episcopo Basiliensi, & de Luzila, & de Tannibach Abbatibus Cistercienſis ordinis Constantienſis & Basilienſis diœceſum.

EPISTOLA I.

Ex libro quarto decimo Regeſtorum Innocentij Papæ Tertij, Pontificatus ſui anno decimo quarto.

Quòd faciant teneri confirmationem electionis præpoſituræ Conſtantienſis factam à maiori parte Canonicorum.

DILECTUS filius Vualterus Conſtantiẽſis Præpoſitus nuper propoſuit coram nobis, quòd Conſtantienſi præpoſitura vacante, cùm eiuſdem Canonici ad celebrandam ele- F. 19. C M S.

ctionem Præpositi conuenissent, vota diuidi contigit eorundem: & tredecim ex præsentibus Canonicis, quorum erant quinque Presbyteri, ac tres Diaconi, & quinque Subdiaconi, eundem Vvalterum concorditer eligentibus, sex alij, quorum vnus erat Decanus & Presbyter, & quatuor Subdiaconi, ac vnus Acolitus, vota sua in A. Præpositum Ecclesiæ supradictæ Canonicum contulerunt, & subsequenter prædictus A. vocem ad nos appellationis emisit, ne ven. Fr. N. Cōstātiensis Episcopus ad examinandum seu confirmandum electionem ipsius Vv. procederet, inhibendo. Sed Episcopus electionē, vt potè à maiori parte capituli celebratam, nihilominus confirmauit. Cùm autē dictus Vv. nuper electionem ipsam peteret authoritate Apostolica confirmari, præfatus A. quasdam causas proposuit, propter quas eandem asseruit reprobandam, quia

videlicet electores ipsius Vv. non fuerant iuxta Ecclesiæ consuetudinem in virtute obedientiæ requisiti. Et quia idem Vvalterus erat vltimus in capitulo, & nondum integrum stipédium obtinebat, nec etiam ad dispensationem præpositure videbatur idoneus, cùm nondum domui suæ benè præpositus extitisset; & quoniam ad carnales preces Episcopi fuerat nominatus: Item quia post appellationem ad nos interpositam, eius fuerat electio confirmata, & ipse ante confirmationem obtentam stallum Præpositi sibi vsurpauit. Ad hæc autem ex ipsius Vv. fuit parte responsum, quòd etsi Canonici non fuerint adiurati, ex eo tamen nó debebat eius electio vitiari, quę aliàs fuerat canonicè celebrata: sed nec id nocere debebat, quòd fuerat vltimus in capitulo, cùm & inferiores locò, dũmodo aliàs reputentur idonei, ad dignitates eligi non sit in sacris Canoni-

bus interdictum; maximè cùm dictus V. v. illius ætatis existat, quæ in eo sufficeret, si fuisset ad Episcopatum electus, qui curamquoque rei familiaris proindè habuisse dignoscitur, dùm scholasticis studijs laudabiliter insudauit, nec preces ab Episcopo memorato interpositæ carnales sunt reputandæ, quas pro digno dignoscitur porrexisse. Propter appellationem etiam interpositam minimè videbatur confirmatio Episcopi reuocanda, cùm id ei licere prima facie videretur ex eo, quod à maiori & saniori parte capituli eadem videbatur electio celebrata: cùm in Lateranensi Concilio inueniatur expressum, vt nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit & ostensum, semper appellationi præualeat, & suum consequatur effectum, quod à maiori & saniori parte capituli fuerit constitutum: quinimò etsi Episcopus minùs proindè proces-

isset, id eidem Vv. officere non debe-
at. Præterea etsi processus Episcopi
oret per appellationem huiusmodi
etractandus, eadem tamen electio, vt
otè à maiori & saniori parte capituli
elebrata, à nobis confirmari debebat.
Iis igitur & aliis intellectis, quæ vtra-
ue pars proposuit coram nobis de
atrum nostrorum consilio, electio-
em de ipso Vv. celebratam duximus
onfirmandam, memorato A. super
oc silentium imponentes. Quocirca
iscretioni vestræ per Apostolica scri-
ta mandamus quod à nobis est sen-
ntialiter definitum faciatis firmiter
bseruari, contradictores per cens.
cclesi. Apost. p. compescentes. Quòd
non omnes, &c. tu ea frater Epis-
ope cum eorum altero, &c. Datum
aterani octauo Calēdas Martij, Pon-
ficatus nostri anno quarto-decimo.

Priori, & Conuentui Andrensi.

EPISTOLA II.

Quòd nullus monachus vel conuersus eorum fide-iubeat, vel pecuniã mutuò recipiat, nisi pro necessitatibus Monasterij dicti.

P. 44. C. MS Cùm à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Quapropter (dilecti in domino filij) vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, authoritate Apostolica prohibemus, ne aliquis monachus, siue conuersus, sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu & licẽtia Abbatis & maioris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat, vel pro aliquo pecuniã mutuò accipiat, vltra pretium capituli vestri prouidẽtiâ constitutum, nisi propter manifestã domus

Google

estræ vtilitatem. Quod si facere fortè ræsumpserit, non teneatur conuétus ro his aliquatenùs respondere. Nulli rgò omnino hominum liceat hanc aginam nostræ prohibitionis infrin-ere, vel ei, &c. vsque incursurũ. Datũ ateran. 2. Calend. Aprilis, Pontifica-ıs anno quarto-decimo.

Eisdem Priori & Conuentui.

EPISTOLA III.

Quòd possunt celebrare ianuis clausis, & excommunicatis exclusis non obstante interdicto Apostolico, in terra Comitis Gisnensis Patroni eiusdem Monasterij.

SOLET annuere Sedes Apostolica F.eod C.MS. pijs votis, & honestis petentium recibus fauorem beneuolum impartiri. Ea propter quotiescumque terram obilis viri Comitis Gisnensis patroni Monasterij vestri pro suis excessibus ebitis, aut aliquibus causis aliis subijci

cõtigerit Ecclesiastico interdicto, iuxta quod vobis est à fœlicis recordationis Alexandro Papa prædecessore nostro indultum, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina vobis liceat officia celebrare, authoritate præsentium indulgemus. Decernimus ergò, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei, &c. vsque incursurum. Datum vt in alia epistola.

P. Illustri Regi Arragonum.

EPISTOLA IV.

Quòd possit reuocare donationes illicitè factas in minori ætate suâ.

r.cod C.MS Cùm donationes nonnullas infra ætatis tuæ legitimæ tempora te fecisse proponas, in enorme tui dispendium redundantes, maiorem par-

[redacted]

Digitized by Google

n redituum tuorum sic donando,
c expediret te nimis egere, quem
ortet graues & grandes impensas
ɔire in expugnando Christiani no-
nis inimicos; præsentium tibi au-
oritate concedimus, vt omnes do-
tiones prædictis temporibus illicitè
te factas legitimè valeas reuocare:
ɔc expresso specialiter ad cautelam,
donationes factæ Ecclesiæ, vel aliis
s locis (si quæ fuerint reuocandæ)
r Ecclesiasticum iudicem reuocen-
r. Datum Laterani 2. Idus Aprilis,
no decimo-quarto.

ɔiscopo Lingonensi, & nobili viro Duci Burgundiæ.

EPISTOLA V.

uod apponat curam super reformatione Monasterij Sancti Benigni Diuionensis.

ICVT ex litteris dilecti filij Abba-
tis & Conuentus sancti Benigni Di- F. 60 a C. MS

uionensis, diœcesis Lingonensis, accepimus, cùm tu frater Episcope, in tuæ promotionis initio ad Monasterium eorundem, de cuius miserabili lapsu multa didiceras, accessisses, gratia visitandi, memoratus Conuentus & Monachi in te ac eundem Abbatem & Priorem eiusdem loci, nec-non & duos alios clericos super reformatione domus tã in capite, quàm in membris compromittere curauerint, promittentes interposito iuraméto se ordinationi vestræ humiliter parituros; vos autem compromissioni huiusmodi à festo Sancti Remigij tunc proximo affuturo, vsque ad annum terminum præfigentes communiter statuistis, & quod super debitorum solutione à vobis ordinaretur, interim seruaretur: & capitulo inter cætera iniungentes, vt ordo monasticus, qui relaxatus ibidem aliquatenùs fuerat, districtiùs seruaretur, duo millia librarum

:o ampliùs infra annum pro debitis
ınaſterij perſoluiſtis. Appropinquá-
/ero termino compromiſſioni præ-
o, cùm fuiſſet à vobis primitùs con-
:utum vt omnes obedientiarũ pro-
ntus inſimul adunati ad ſolutionem
lerent debitorum, quodque obe-
:ntiarij, ne ſtatutum huiuſmodi prę-
dirent, ad ſuas obedientias mitte-
ıtur, earundem prouentus fideliter
·uaturi; ipſi prouentus illius anni in
us proprios, vel potiùs in abuſus ne-
ıiter conuerterunt. Vndè cùm adhuc
ulta debita ſupereſſent, pro quibus
ondum fuerat ſatisfactum, quæ non
ſi cum multarum poſſeſſionum di-
:actione, ac maximo Eccleſiæ detri-
ento poterant expediri, & malitia
editorum non niſi per te (fili Dux)
ıius iuriſdictionis exiſtunt, poſſet vl-
rius refrenari, vobis pariter extitit ab
ſdem Abbate & fratribus cum inſtã-
a ſupplicatum, vt aſcito vobis tertio

viro prouido & potente, in manu veſtra tamdiu poſſeſſiones Eccleſiæ teneretis, donec abſque rerum Eccleſiæ venditione ſeu obligatione aliqua, ipſius debita ſoluerentur, & quinquaginta Monachis faceretis honeſtè in eadem Eccleſia iuxta loci conſuetudinem prouideri, ipſique ad prædicta ſeruanda ſe juramento præſtito aſtrinxerunt, tibi frater Epiſcope ſuper hoc patentes litteras concedentes, quòd vos demùm eorum deuicti precibus acceptaſtis. Cùm igitur ijdem Abbas & fratres deuotè nobis duxerint ſupplicandum, vt quod promiſſum eſt authoritate dignaremur Apoſtolica confirmare, cùm ad præſens alio modo nequeat Monaſterio conſuli memorato: nos, qui ſuper eiuſdem loci ſumus reformatione ſolliciti, prouiſionem huiuſmodi ratam habentes, & gratam, cùm credamus eandem ad ipſius Monaſterij commodum redundare, de-

tionem vestram rogãdam duximus monendam per Apostolica scripta andantes, quòd supradicta taliter ad norem Dei & vtilitatem Monasterij debitũ perducatis effectum, quæ ad formationẽ loci statutá sunt facien- in suo robore perdurare, vt dili- ntiæ vestræ studium clareat in effe- a, ac diuinam & Apostolicam gra- m propter hoc vobis vberiùs com- retis. Contradictores, si qui fuerint, l rebelles, tu frater Episcope, censu- Ecclesiastica, & (tu fili Dux) si ne- sse fuerit, potestate tibi tradita sub). ob. compescatis. Datum Latera- decimo-sexto Calendas Maij, anno cimo quarto.

Digitized by Google

Arelatensi Episcopo, & suffraganeis eius.

EPISTOLA VI.

Quòd sententias excommunicationis contra R. Comitem Tolosanum faciant in suis diœcesibus firmiter obseruari, & publicari.

Fol 45 CM.S Cùm expectauerimus hactenùs, vt nobilis vir R. Comes Tolosanus, tanquàm arbor fructifera commonitionum nostrarum riuulis irrigata, fructus ederet opportunos, & tanquàm princeps Catholicus honoraret sanctam Ecclesiam sponsam Christi, ipse praue circumuentus consilio non solum damna sterilitatis incurrit, ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ expectatos fructus nullatenus producendo, verum etiam dispositionibus Ecclesiasticis nequiter se opponit, contra promissa

promiſſa & iuramenta ſua veniens impudéter. Vndè cùm in ipsũ à ven. Fr. M. Epiſcopo Vticéſi & dil. fil. Ciſterc. Abbate, Ap. Se. Leg. de multorum prælatorum conſilio ſententia promulgata fuerit, ob eiuſdem contumaciam manifeſtam, vobis p. A. ſ. mãdámus, quòd eandem ſentétiam rationabiliter promulgatã publicari per veſtras diœceſes faciatis vſque ad ſatisfactionem condignam firmiter obſeruari. Datum Laterani decimo-ſeptimo Calendas Maij, Pontificatus noſtri an. 14.

Nobili viro Vvadiſlao nato quondam nobilis viri Odonis Ducis Poloniæ.

EPISTOLA VII.

Recipitur tam ipſe quàm eius Ducatus ſub protectione B. Petri.

CVM à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æqui- F. 46. C. MS

tatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter (dilecte in domino fili) deuotionis tuæ sinceritatem, quam circà libertatem Ecclesiasticam geris, & quam Ecclesijs & personis Ecclesiasticis in tuo Ducatu recognouisse dinosceris, attendentes, vt ab Ecclesiâ protectionis gratiam sentias, quam satagis honorare, personam tuam cum vniuersis bonis, quę impræsentiarum rationabiliter possides, aut in futurum præstante Domino iustis modis poteris adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad indicium autem huius à Sede Apostolica protectionis perceptæ, quatuor auri marcas gratis oblatas, singulis trienniis nobis nostrisque successoribus ad Poloniæ pondus persolues. Decernimus ergò vt nulli omninò hominum liceat hanc

paginam nostræ protectionis infrin-
gere, vel ei, &c. vsque incursurum. Da-
tum Laterani, tertio Idus Maij, anno
quarto-decimo.

Archiepiscopo Senonensi, & suffraganeis eius.

EPISTOLA VIII.

Quòd inducant Philippum Regem Franciæ, vt amoueat saisinam Regaliæ appositam in Episcoporum Autissiod. & Aurelian. Ecclesiis.

ILLE sinceræ dilectionis affectus, qua charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris zelamur salutem, nos vehementer inducit, vt si quando contra rationes & libertates Ecclesiasticas, quas in regno suo progenitores hactenus custodiuit, aliquid dicatur commisisse, apud ipsum opportunè importunè monitis & precibus I. eod. C.M S

insistamus, quatenus illius intuitu, in cuius oculis nuda sunt omnia & aperta, qui propter progenitorum suorum deuotionem & suam Ecclesiæ suæ reuerenter exhibitam, regnum suum custodiuit illæsum, quin etiam magnificè augmentauit, contritis grauiter regnis illis, quorum Reges rationes & libertates Ecclesiasticas infringere præsumpserunt, illud corrigat & emendet, vincés salubriter semetipsum pro Deo, & propter Dominũ; cùm sic vinci, sibi non cedat ad dedecus, sed potiùs ad honorem, sitque nihilominùs sibi apud homines magis quàm vincere gloriosum. Sanè cum dudùm nostris fuisset auribus intimatum quòd ipse contra ven. f. N. Autissiodorensem & Aurelianensem Episcopos indignatus, rem agi præcepit, non vtique sui moris, sed nec etiam sui juris, eorum saisiri faciens regalia, nec-non etiam quædam alia præter illa, licet nondùm

essent confessi de forisfacto aliquo vel conuicti; nec ad satisfaciendum commoniti vel inducti, pro eo quòd quidam milites eorumdem in exercitu suo constituti, ad locum, quem eos adire præceperat, cum aliis accedere recusarunt, absentibus ipsis Episcopis, per licentiam ab ipso liberaliter impetratam, ac super his ipsorum & vestris supplicationibus minimè acquiesces, coëgerit eos miserabiliter exulare; nos serenitatem suam rogandam duximus & monendam, & in remissionem sibi suorum iniunximus peccatorum, vt pro diuini nominis gloria, & Apostolicæ Sedis honore faceret præfatis Episcopis subtracta restitui omnia, & eos secundum consuetudinem approbatam iustè ac modestè tractari, donando nobis intercedentibus pro Deo & propter Deum, si quam præfati Pontifices aduersus eum commisissent offensam, ne hac occasione continge-

ret inter regnum & Sacerdotium ſcandalum ſuboriri; quia nos in maioribus curaremus grata eidem faciente Domino viciſſitudine reſpódere. Ipſe verò inter cætera per ſuas ſe litteras excuſauit, quòd alia quàm regalia ſaiſiri non fecerat, nec ipſos coëgerat exulare, cùm liberè poſſent & in ſuis diœceſibus commorari, & ſi ſuper his curiæ ſuæ vellent ſubire iudicium, quod quãdoque acceptarent audire, ob reuerentiam noſtram condonare paratus erat emendam, ſi forſitan ſibi tenerentur aliquam exhibere. Licet autem ijdem Epiſcopi in regno ſuo liberè commorentur, ex eo tamen exules poſſunt dici, quòd à propriis domibus ſunt eiecti, & rebus aliis ſpoliati. Alia etiam quàm regalia ſaiſiſſe videtur, cùm domos Epiſcopales, quæ eadem immunitate, qua Eccleſiæ gaudent, & eorum vtenſilia & mobilia vndecumque deducta, fecerit occupari. Iudicium au-

tem spoliati subire non debent, cùm ex generali, sicut accepimus, consuetudine regni sui fidelis à domino sinè iudicio spoliatus, nec diem ab ipso sub spoliatione sua, vel alio teneatur recipere, nec in ipsius curia experiri, nec etiã vinculum fidelitatis seruare. Cùm igitur super prædictis se duxerit excusandum, & illud silẽdo trãsierit, quòd eorum saisiri fecit regalia, cùm nec dũ de aliquo forisfacto confessi fuerint, vel conuicti; nec etiam ad satisfaciendum commoniti vel inducti, tacitè id videtur concessisse, quod etiam ex tenore litterarum suarum, quas præfatis Episcopis direxit, euidẽter apparet: in quibus cõtinetur expresè, quòd militibus eorum præceperat, vt irent cum Baronibus illis, quos ad quendam locum duxerat destinandos: & quia illi ad præceptum ipsius illuc accedere noluerunt; dixit ipsos Episcopos erga se de exercitu defecisse, & propterea il-

lorum saisiuit regalia, & illa, quæ in eis pertinent ad iurisdictionem terrenam; vnde præsumitur quòd in causa & modo minùs ordinatè processerit contra eos, cùm pro aliena culpa videlicet militum, si qua fuit, spoliasset eosdem non conuictos, nec confessos, nec monitos, vel citatos. Verùm quia suæ saluti magis expedit & honori, vt intuitu preciosi sanguinis Iesu-Christi, quo sibi sponsam suam Ecclesiam videlicet desponsauit, eidem condonetur, si ab ipsius ministris in ipsum sit aliquid commissum, quàm illi molestiam afferat indebitá vel grauamen: apud eum iterata precum instantia duximus insistendum, excellentiam regiam rogantes attentiùs & monentes, hoc à sua magnificentia petentes in donum, vt per reuerentiam nostram iudicio supersedeat, saluo iure tam illorum quàm suo, illosque restituat donata nobis emenda sicut per litteras

ſuas promiſit, ſi quam exhibere tenentur, vt ex quo intẽdit nobis facere gratiam, faciat eam plenam, prout eum facere ac nos recipere decet; ità quòd propter hoc magnificentiæ ſuæ grata teneamur viciſſitudine reſpondere. Credentes igitur prudentiam & ſollicitudinem veſtram apud eum Regem poſſe perficere in hac parte, fr. ve. per iterata ſcripta præcipiendo mandamus, quòd dictum Regem ad ea, quæ pacis ſunt ſollicitè & prudenter rogantes, ipſum Sedulis exhortationibus & monitionibus inducatis, vt noſtris precibus acquieſcens exequatur promiſſa liberaliter, & libenter; vt ex hoc diuinam conſequatur gratiam in præſenti, & gloriam in futuro: exhibentes authoritate noſtra ſuffulti prædictis Epiſcopis auxilium & conſiliũ neceſſarium, ad libertatem Eccleſiaſticam conſeruandã; ità vt non debeatis de timiditate vel remiſſione redargui,

ſed de rigore ac ſollicitudine commẽdari. Datum Laterani, Idus Maij, Pontificatus noſtri anno decimo-quarto.

Patriarchæ Antiocheno.

EPISTOLA IX.

Quòd quaſdam poſſeſſiones Eccleſiæ tradere poſſit in emphytheoſim.

F. 48. c. MS. Cùm quædam poſſeſſiones Eccleſiæ tuæ deterioratæ ſint plurimùm propter guerras, & concedendi eaſdem in emphytheoſim vel ad firmam, à nobis licentiam duxeris poſtulandam, fraternitati veſtræ, de cuius diſcretione plenam fiduciam obtinemus, per Apoſt. ſcripta mandamus, quòd ſuper his ad Eccleſiæ tuæ commodũ cum Capituli tui aſſenſu facias quod videris expedire. Datum Laterani, ſeptimo Idus Iunij, Pontificatus anno decimo-quarto.

Digitized by Google

Neapolitano Archiepiscopo.

EPISTOLA IX.

Quòd licet ciuitas Neapolitana sit interdicta, non debent cessare, quin baptizent pueros ibi natos, quamuis Patrini sint excommunicati.

Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, vt cùm ciuitatem Neapolitaná supposueris interdicto, & credatur à pluribus quòd secundum tenorem litterarum nostrarum, quæ continent excommunicationem Imperatoris & eius sequacium, ciuitas ipsa non debuerit interdici; tibi exponere dignaremur; vtrum illud debeat obseruari; ad quod tibi breuiter respondemus; quòd cùm Neapolitani jurando & præstando fauorem eidem, sententiam excommunicationis in- C.49. C.M.S

Digitized by Google

currerint, & excommunicati ſint, abſque dubio interdicta diuina officia & Eccleſiaſtica Sacramenta, illud eſt vſquequaque ad ſatisfactionem idoneum obſeruandum, nec morientes ſunt ad pœnitentiam admittendi, niſi iurent ſe mandatis Eccleſiæ parituros, & abiurent dicto Imperatori præſtita iuramenta, nec etiam ſi iurauerint, tradi debent Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi abſque excommunicatorum & interdictorum obſequio nequeunt tumulari. Ad hoc autem vtrùm pueri, cùm Patrini excommunicationi ſint & interdicto ſuppoſiti, debeant baptizari; fraternitati tuæ taliter duximus reſpondendum, quòd cùm baptiſmus Sacramentum neceſſitatis exiſtat, propter Patrinorum delictum illud non debet talibus denegari. Datum Laterani, decimo-ſexto Calendas Iulij, Pótificatus noſtri anno decimo-quarto.

Digitized by Google

Archiepiſcopo Heraclienſi, & Decano Sanctorum Quadraginta Conſtantinopolitano.

EPISTOLA XI.

Quòd compellant quoſdam nobiles ad reſtituendum quaſdam poſſeſſiones per eos detentas Capitulo ſanctæ Sophiæ Conſtantinopolitanæ.

DILECTI filij, Capitulum Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ Conſtantinopolitanæ noſtris auribus intimauit, quòd nobilis vir Comes Bertoldus, ac nobilis mulier relicta Marchionis Mōtisferrati, & quidam alij Conſtantinopolitanæ & Theſſalonicenſis diœceſeon, quaſdam poſſeſſiones Eccleſiæ ſuæ, de quibus ipſis debent neceſſaria miniſtrari, in ipſorum detinent præiudicium occupatas. Quocircà diſ- Fol 55 CM.S

cretioni vestræ per Apostolica scripta, mandamus, quatenùs detentores prædictos ad restitutionem debitam detentorum, per censuram Ecclesiasticam, per Apostolica scripta, restituere cogatis. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili Apostolicæ. Sedi cogatis veritatis testimonium perhibere. Datum Laterani, secundo nonas Augusti, anno decimoquarto.

Capitulo sanctæ Sophiæ, ac vniuersis Prælatis Conuentualium Ecclesiarum Constan tinopolitanarum.

EPISTOLA XII.

Quòd annullata electione per ipsos facta de quodam, ad Patriarchatum Constantinopol. eligant alium sufficientem, aliàs prouideretur per Sedem Apostolicam.

PER litteras vestras (filij Prælati) nostro nuper Apostolatui reseratis, quòd bonæ memoriæ Patriarcha Constantinopolitano apud Thessaonicam extrema ægritudine laborane, vos ne circa Patriarchæ substituenli electionem vobis præiudicium fieet metuentes, in Ecclesia sanctæ Sohiæ, Decano & Canonicis eiusdem ræsentibus, nostræ constitutionis au- F cod LM.S

thenticum (quod ſuper forma electionis in Conſtantinopolitana Eccleſia celebranda à nobis dudum obtentum fuerat,) perlegiſtis; ſed cùm propter quorumdam Canonicorum abſentiá certum recipere nequiueritis tunc reſponſum, authoritate ſtuduiſtis Apoſtolicâ prohibere, ne ſuper electione in veſtrum præiudicium, ſiue contra mandati noſtri tenorem aliquid fieret, ad Sedem Apoſtolicam appellantes. Cumque die tertia pro recipiendo reſponſo (provt condictum fuerat) veniſſetis; multitudinem Venetorum in eadem Eccleſia inueniſtis, tàm in ſtallis, quàm circa altare irreuerenter armatam, & eis, qui electioni Venetorum ſe opponerent, membrorum truncationem ac mortem non abſque multis clamoribus intentantem. Vobis autem expectantibus de foris, quędam Venetorum Canonicorum pars proſiliens ſubitò de conclaui, vbi fuerant

rant obſerati, nonnullis ex Canonicis alijs recedentibus à Concilio eorundẽ, Decanum Eccleſiæ eiuſdem nominauit. Quod vos extrinſecùs poſiti ſentientes, electioni huiuſmodi ſtuduiſtis contradicere iuxtà poſſe, in craſtino appellationem priùs ad nos interpoſitam coram Conſtantinop. cleri multitudine innouando: Poſtmodum verò tres perſonas, videlicet vener. fratrem noſtrum Cremonenſem Epiſcopum, & dilectos filios P. Sancti Marcelli Preſbyterum Cardinalem, & magiſtrum R. de Corzon Canonicum Pariſienſem vnanimiter nominantes, à Sede Apoſtolica poſtulaſtis, vt earum aliqua perſona iuxtà noſtræ voluntatis arbitrium præficeretur Eccleſiæ memoratæ. Cùm autem nuper vtriuſque partis procuratoribus, propter hoc apud Sedem Apoſtolicam conſtitutis, ſuper electione ac poſtulationibus memoratis inquiſiſſemus

Digitized by Google

pleniùs veritatem; licet ex parte vestra (filij) capitulum propositum fuerit, quòd priùsquam statutum Apostolicum vobis ostensum, aut aliqua prohibitio facta fuerit, tractatus habitus fuerat super prædicti electione Decani, quæ nondum extiterat publicata, quia nobis constitit euidenter electionem ipsam à vobis (filij) post statutum Apostolicum vobis ostensum, & appellationem ad nos legitimè interpositam, quibusdam exclusis atque contemptis, qui volebant & debebant pariter interesse, minùs canonicè celebratam; vt de cæteris, quæ tàm contra electionis processum, quàm contra personam electi fuere, proposita taceatur, & ad postulationes præfatas à vobis filij prælati inconsultè processum; tàm illam, quàm istas de fratrum nostrorum consilio duximus reprobandas, per Apostolica scripta districtè præcpiendo, mandantes quòd

omni vitio ſimultatis exploſo, tàm loco quàm voto conuenientes in vnum, & ſancti Spiritus gratia inuocata, talem vobis eligatis canonicè perſonam in Paſtorem, quæ ſcientia, vita & fama præpollens tanto congruat oneri & honori, vt veſtris parcatis laboribus & expenſis, vt Apoſtolicum vobis fauorem ex hoc valeatis pleniùs comparare; pro certo ſcientes, quia ſi vel perſona non eſſet idonea, vel forma canonica; nos defectum veſtrum authoritate Apoſtolica ſuppleremus. Datum Laterani, Nonas Auguſti, anno decimo-quarto.



Capitulo Lingonensi.

EPISTOLA I.

Ex libro decimo-quinto Regestorum Innocentij Papæ Tertij, Pontificatus sui anno decimo-quinto.

Quòd reuocent ad ius & proprietatem possessiones Ecclesiæ, quas alienauerunt Episcopi sine Capituli assensu.

F.68. Cm.s AD hoc sumus disponente Domino in plenitudinem potestatis assumpti, vt si quandò ab his, qui sunt in partem sollicitudinis euocati, in Ecclesiarum suarum dispendiũ quicquam perperam fuerit attentatum, per sollicitudinis nostræ studium emende-

Digitized by Google

tur, & præcaueatur indemnitatibus earundem. Cùm igitur, ſicut vobis intimantibus noſtro eſt Apoſtolatui reſeratum, quòd quædam poſſeſſiones Eccleſiæ veſtræ ab Epiſcopis, qui pro tempore præfuerunt eidem, alienatæ ſunt, vobis penitus inconſultis; Nos eidem Eccleſiæ paterna volentes ſollicitudine prouidere, authoritate vobis præſentium indulgemus, quatenùs poſſeſſiones ipſius Eccleſię (quas ſine aſſenſu veſtro alienare dicti Epiſcopi præſumpſerunt) ad ius & proprietatem illius legitimè reuocetis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, ſeptimo Calendas Martij, Pontificatus noſtri anno decimo-quinto.

Magistro G. & P. de Finiis Canonicis Laudunensibus.

EPISTOLA II.

Quòd clausula (si est ità) *debet referri ad omnia supra dicta, & quòd licet vna pars commiserit falsitatem in litteris, non debet sententiari pro alia parte, licet falsarius priuetur beneficio.*

r. eod. C. MS

OLIM ex litteris dilectorum filiorum Sancti Nicasij Rhemensis, Signiani, & vallis Regiæ Abbatum nostris fuit auribus intimatum, quòd cùm ad eos à nobis semel & iterùm litteræ processissent, super eo videlicet, quod R. Clericus Sancti Remigij Rhemensis, Parrochiam de Salice Sancti Remigij, quam R. de Grunejo clericus sibi per interpositam personam ab Abbate sancti Remigij col-

latam fuisse proposuit, detinebat. Ipsi partes semel secundò & tertiò citauerunt, & demùm R. de sancto Remigio (quia citatus pluries comparere noluit per se vel responsalem aliquem) coram eis excommunicationis vinculo innodantes, fecerunt fructus ipsius parrochiæ sequestrari; Cumque postmodum idem R. accedens ad eos se iuri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolui; ipsi absolutionis ei litteras concedentes, diem in eis assignarunt, & locum; quibus coram eis quod promiserat, adimpleret. Qui diem & locum ex litteris radens, in loco rasuræ rescripsit, quòd ipsi ei fructus sequestratos exhiberi mandabant; quod demum coram duobus, (eorum tertio sui absentiam excusante) per litteras est confessus. Nos igitur, cùm tantæ temeritatis excessus falsitatis scrupulo non careret, vobis dedimus in mandatis, vt si res taliter se haberet, ipsi

præſumptori ſuper dicta parrochia perpetuum ſilentium imponentes, præfato R. de Crunejo clerico aſſignaretis eãdem cum fructibus ſequeſtratis. Verùm ſicut vos filij G. & P. per veſtras nobis litteras intimaſtis, cum dictus R. de Crunejo raſuram præfatam coràm vobis per teſtes idoneos probauiſſet, ob hoc poſtulaſſet ſibi dictam Eccleſiam aſſignari, vos vtrum clauſula illa, ſi eſt ità, de omnibus ſuperioribus, an de articulo tantùm raſuræ deberet intelligi, dubitantes, in negotio ipſo procedere vlteriùs diſtuliſſetis, eligentes ſuper hoc potiùs Apoſtolicæ ſedis oraculum implorare, quàm aliquid temerè definire. Nos ergò diligentiam veſtram in Domino commendantes taliter duximus reſpondendum; quòd clauſula illa debet ad omnia ſuperiora referri, ad hoc vt ipſi præfata Eccleſia conferatur, quia licet vitium falſitatis ad im-

ponendum illi perpetuum silentium super Ecclesiâ ipsâ sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetrarat; non tamen propter hoc eadem est Ecclesia aduersario assignanda, nisi super aliis facta fuerit plena fides. Datum Laterani sexto nonas Martij, Pontificatus nostri anno decimo quinto.

Bituricensi Archiepiscopo.

EPISTOLA III.

Quòd habetur rata sententia suspensionis ab officio Metropoliticæ dignitatis, contra Archiepiscopum Burdigalensem ratione Primatiæ, quia noluit venire ad Concilium suum.

DILIGENTER auditis, & perspicaciter intellectis, quæ tu, & dilectus filius magister Amaneus, Procurator venerabilis fratris nostri Burdegalensis Archiepiscopi, coràm nobis F.74. C.MS.

proponere voluiſtis, ſuper ſententiâ quam authoritate Primatiæ in eundem Archiepiſcopum promulgaſti, ſuſpendendo ipſum ab officio Metropoliticæ dignitatis, pro eo quòd ad tuum vocatus Concilium, accedere non curauit, nec pro ſe aliquem idoneum mittere; de communi fratrum noſtrorum conſilio, ſentẽtiam ipſam ratam habemus, & vſque ad ſatisfactionem idoneam præcipimus obſeruari, hoc ad cautelam expreſſo, quòd litteris coram nobis non de Primatia, ſed de ſententia extitit ventilata. Nulli ergò hominum liceat hãc paginam noſtræ definitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. vſque incurſurum. Datum Laterani decimo ſexto Calendas Iunii, Pontificatus noſtri anno decimo quinto.

Archiepiscopo Atheniensi.

EPISTOLA IIII.

Inhibetur sibi ne in terram cuiusdam nobilis, sine manifesta offensa, excommunicationis sententiam proferat.

SIc neruo Ecclesiasticæ disciplinæ coërceri debet insolentia peruersorum, vt eo non opprimantur insontes, cum censura Ecclesiastica non debeat esse innocentum oppressio, sed correctio potiùs delinquentium Inde est quòd fraternitati tuæ authoritate præsentium inhibemus, ne in nobilem virum R. Dominum Insulæ Nigripontis, vel terram ipsius sine manifesta & rationabili causa, excommunicationis vel interdicti sententias proferre præsumas. Datum Laterani decimo Calendas Iunij, Pontificatus nostri anno decimo quinto.

Eidem Archiepiſcopo.

EPISTOLA V.

Quòd eidem nobili concedat licentiam contrahendi matrimonium cum quadam, quam viuente viro conuenit.

r. eod c. MS SVPPLICAVIT nobis dilectus filius nobilis vir R. Dominus Nigripontis, vt cùm pietatis intuitu quandam nobilem, quam ipſius viro viuente cognouit, velit modo ducere in vxorem, dignaremur cum eo ſuper hoc miſericorditer diſpenſare. Quocircà fr. veſt. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quòd præfato nobili, niſi forſan eidem, viuente viro ſuo, fidem dederit, ſeu mulierem ipſam in necem viri conſtitit machinatam, vt cum ipſa legitimum contrahatur matrimonium, cócedas authoritate noſtra liberam facultatem, dummodo aliud Canoni-

cum non obſiſtat. Datum Laterani octauo Calendas Iunij, Pontificatus noſtri anno decimo-quinto.

R. Vticenſi Epiſcopo & Narbonenſi Electo Apoſtolicæ Sedis Legatis.

EPISTOLA VI.

Quòd adhuc non debet terra R. Comitis Tholoſani aliis concedi, donec de hæreſi fuerit ſententialiter condemnatus.

LICET R. Tholoſanus Comes in multis contra Dominum & Eccleſiam culpabiliter ſit inuentus, & pro eo quòd Legatis veſtris inobediẽs extitit, & rebellis, ſit excommunicatus ab ipſis, & expoſita terra eius, vt ſic ei vexatio tribueret intellectum, vnde iam ex parte non modica terram amiſit: quia tamen nondum eſt damnatus de hæreſi, vel de nece ſanctæ memoriæ f. eod. C.M.S

P. de Castro-nouo, etsi de illis valde sit suspectus; quare mandauimus, vt si contra eum infra certum tempus. appareret legitimus accusator, indiceretur illi purgatio secundum formam in litteris nostris expressam, diffinitiua nobis sententia reseruata, nec dùm est ex mandato illo processum, non intelligimus qua ratione possemus adhuc alij concedere terram eius, quæ sibi vel hæredibus suis abiudicata non est, præsertim ne videamur in dolo castra nobis exhibita de suis manibus extorsisse, cùm non solùm à malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere. Nam si super duobus articulis, quos commisimus, aliqua contra eum præter formam mandati nostri sententia lata fuisset, illa procul dubio nó valeret. Quocircà disp. vestræ potestate Apostolicæ sedis mandamus, quòd cùm nondùm sit locus illi petitioni, quam de terra eius alij concedenda fe-

ciſtis, modis quibus honeſtè poteritis ſtudeatis prudenter & efficaciter laboretis, vt negotium benè incœptum diſſolui non poſſit, ſed in ſuo potius robore conualeſcat. Nos enim ven. fr. noſtro Regéſi Epiſcopo, & dilecto filio Magiſtro The. Canonico Ianuenſi, noſtris damus litteris in mandatis, vt ſecundùm formam ſibi datam in negotio iſto procedant, & ſi per Comitem ſteterit antedictum, quominùs ipſum negocium poſſit habere proceſſum, ei & alijs proteſtentur, quòd nos authore Domino procedemus, prout pacis & fidei cauſa requiret, ipſique nobis non differant meram & plenam reſcribere veritatem. Datum.

Bituricensi Archiepiscopo.

EPISTOLA VII.

Quòd compellat Patronos Ecclesiarum parrochialium, vt aßignent sacerdotibus in iisdem ministrantibus congruam debitamque prouisionem.

F. 80. G.M.I. AD nostram noueritis audientiam peruenisse, quòd patroni parrochialium Ecclesiarum tuæ diœcesis tantùm de prouentibus sibi retinent earumdem, quòd sacerdotes ministrantes in eis non possint de residuo sustentari, propter quod nonnullæ remanent pastoribus destitutæ, eò quod non sunt, qui curam velint earumdem recipere. Quocirca frat. tuæ per Apostolica scripta mandamus, quòd patronos Ecclesiarum ipsarum, vt de illarum prouentibus sacerdotibus in eisdem ministrantibus congruam prouisionem

uiſionem aſſignent, moneas, & inducas ipſos ad id ſi neceſſe fuit per cenſuram Eccleſiaſticã poteſtate Apoſtolica compellens, cùm non ad opus Patronorum; ſed ad opus potiùs ſeruientiũ in eiſdem fuerint Eccleſijs reditus deputati. Datum Laterani, vndecimo Calendas Iunij, Pontificatus anno decimo quinto.

Bernardo primo, & fratribus eius.

EPISTOLA VIII.

Forma religionis quam tenent deſcribitur.

NE quis de cætero veſtrûm valeat calumniari propoſitum, ſicut olim diligenter examinauimus fidem veſtram, ita nunc conuerſationem veſtram prudenter inueſtigare curauimus, & vtramque litteris Apoſtolicis fecimus comprehendi, vt illas in teſti- Fol 83 C.MS

monium habeatis. Conuersationis ergo vestræ propositum tale est. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & beatissimæ semper Virginis Mariæ, ad ædificationem vniuersalis sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad salutem animarum nostrarum, & omnium, ad quorum aures peruenerit, sicut fideliter credimus corde, fidem Catholicam per omnia & in omnibus integram & inuiolatam (quemadmodum in litteris nostrę examinationis expressum est) ore firmiter confiteri, & nunciare, & prædicare proposuimus, & vsque ad aram & sanguinem aduersus omnes sectas hæresum deffendere viriliter promisimus; Consistentes sub magisterio & regimine vnius & veri magistri Domini nostri Iesu Christi, ac pijssimi Vicarij eius Papæ Innocētij & successorum eius semper permanentes, tàm corpore quàm spiritu in communione sanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ,

quam ſanctam & Apoſtolicam ſemper & vbique confitemur, & prædicamus, extra quam neminem ſaluari fatemur. Sed quia fides ſine operibus mortua eſt, ſæculo abrenunciauimus, & quæ habebamus (velut à Domino conſultum eſt) pauperibus erogauimus, & pauperes eſſe decreuimus. Ità quòd ſolliciti eſſe de craſtino non curamus, nec aurum, vel argentum, vel aliquid tale, præter veſtimentum & victum quotidianum à quoquam accepturi ſumus. Conſilia quoque Euangelica, velut præcepta, ſeruare propoſuimus, & quamquam officium noſtrum ſit præcipuè, vt omnes diſcant Scripturas ſacras, & omnes qui ſunt idonei exhortentur; tamen dum tempus ingruit proprijs manibus laboramus, ità dumtaxat ne pretium accipiamus conuentum. Nam cùm ex magna parte clerici ſimus, & omnes penè litterati, lectioni, exhortationi, doctrinę,

diſputationi, contra omnes errorum ſectas decreuimus deſudare; diſputationes tamen à doctioribus fratribus, in fide Catholica comprobatis, & inſtructis in lege Domini, diſpenſari: vt aduerſarij Catholicæ & Apoſtolicæ fidei, cognoſcant veritatem, & reſipiſcant à laqueis diabolici erroris, quibus tenentur capti. Cum Prælatorum verò licētia, veneratione debita, per idoneos fratres, & in ſacra pagina inſtructos, (qui potentes ſint in ſana doctrina,) arguere gentem errantem, & ad fidem modis omnibus trahere, & in gremio ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtudebimus reuocare. Denique licet dicat Chriſtus, oportet ſemper orare & non deficere; & Apoſtolus, Sine intermiſſione orate, tamen quidam noſtrorum per viginti quatuor vices inter diem & noctem, alij quindecies, alij duodecies, qui autem minùs ſepties pro omnibus hominibus ſecun-

dum eorum gradus orant: continentiam perpetuam & castimoniam vel virginitatem inuiolabiliter conseruando, suspectum mulierum consortium deuitando, vt nemo nostrûm solus ad solam, nec etiam ad loquendum nisi audientibus aut videntibus legitimis testibus, & certis personis accedat, nunquàm in vna domo fratres & sorores præsumant dormire, nunquam ad vnam mensam residere. Ecclesiastica sacramenta suscipiemus ab Episcopis, & Sacerdotibus; in quorum dioecesibus & parrochijs commorabimur, eis obedientiam debitam & reuerentiam exhibebimus, per honestiores autem & instructiores in lege Domini, & in sanctorum Patrum sententijs, verbum Domini censuimus proponendum, de Prælatorum Ecclesię conscientia & consensu, fratribus, & amicis clericis & laicis, vt discant necessaria pro hæreticis conuertendis, In om-

nibus verò Epiſcopatibus, diœceſibus, vel parrochiis, in quibus ſumus vel fuerimus, diſpoſuimus ieiunare ſecundum morem & conſuetudinem Prælatorum, & catholicorum virorum orthodoxorum illarũ Prouinciarum, tàm in vigiliis, quàm in ieiuniis quatuor temporum & quadrageſimæ. Ad menſam quoque ſemper legendum, in domo quâ fuerimus conuerſati, ex quo numerum excedimus octonarium. Silentium ſimiliter data benedictione vſque ad porrigendas gratias obſeruandum, niſi ob correctionem lectoris aut explanationem lectionis. Qui verò ſæcularium nobis credunt à quibuſcumque aliquid per aliquam fraudem habuerint, neceſſe eſt ſi potuerint, & nobis acquieſcere voluerint, vt ipſis & non aliis reſtituant. Decimas ſiquidem, & primitias, & oblationes, & cætera ſecundum vſum locorum ſeruitia Prælatis & aliis clericis,

ſub quorum diœceſibus vel parochiis victitauerint, fideliter perſoluāt: quod omnibus fidelibus Chriſtianis efficaciter ſuademus. Religioſum & modeſtū habitum ferre decreuimus, qualem ex voto conſueuimus portare, vtendo de cætero calciamentis communibus & ad conſilium & mandatum ſummi Pontificis pro tollendo ſcādalo, quod contra nos mouebatur, & calciamentis de-ſuper apertis, quibus vti hactenus ſolebamus. Vos ergò pręſcriptum cōuerſationis propoſitum de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta taliter obſeruetis, & Domino gratum obſequium, & hominibus vtile præbeatis exemplum. Datum Signiæ decimo Calendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno decimo quinto.

Archiepiſcopo & Capitulo Biſuntinenſi.

EPISTOLA IX.

Quòd licet eorum Eccleſia fuerit combuſta, & altare modicum fractum, non indiget dicta Eccleſia vel altare noua conſecratione, ex quo parietes remanſerunt integri.

f.97. G.MS. LIGNEIS ædificijs Eccleſiæ veſtræ caſu quodam igne conſumptis, parietibus tamen illæſis, ac mēſa principaliter altaris in ſui extremitate modicam paſſa fracturam, quæſiuiſtis per Sedem Apoſtolicam edoceri, ſi propter hoc ipſius altaris vel etiam totius Eccleſiæ deberet conſecratio innouari. Ad quod ſic duximus reſpondendum, quòd cùm parietes in ſua integritate permanſerint, & altaris tabula mota

vel enormiter læsa non fuerit ob casum prædictum, nec Ecclesia nec altare debet denuò consecrari. Datum Laterani Nonas Octobris, Pantificatus nostri, anno decimo quintò. . . . . . .

Nobili viro Simoni de Monteforti Comiti Leicestriæ, Vicecomiti Biterrensi.

EPISTOLA X.

Quòd habeat commendatum Correctorem litterarum Apostolicarũ, quem mittit ad partes illas Galliæ Narbonensis, pro exigendis censibus Ecclesiæ Romanæ, & S. Petro debitis.

CVM dilectum filium Magistrum Petrum Marcum Subdiaconum nostrum, Correctorem litterarum nostrarum, pro colligendis Ecclesiæ Romanæ censibus, alijsque negocijs destinemus, nobilitatem tuam (de qua

plenè confidimus) rogamus attentiùs & monemus, per Apostolica tibi scripta mandantes, quòd ipsi ob reuerentiam Apostolicæ Sedis, & nostram diligenter assistens, consilium ei efficax, & auxilium opportunum impendas, vt & ipse iniuncta sibi negòtia (ope tua suffultus) valeat authore Deo feliciter consummare, ac nos sollicitudini tuæ grata debeamus exinde vicissitudine respódere. Verùm quia dilectus frater Constantinus conuersus Cartusiensis nos ex parte tua suppliciter exorauit, vt dictum Magistrum quem (pro eo quòd in Cácellaria nostra laudabiliter conuersatus per diutinum exercitium in huiusmodi re plenius est instructus) Cancellariæ tuæ præficere cupiebas, tibi concedere dignaremur, nos deuotæ fidei tuæ ac deuotionis fidelis sinceritatem perspicuam, sicut conuenit, attendentes, quæ personam tuam tanquàm specialiter Apostolicæ Sedis filij

& fidelis, nobis aduehit specialiter diligendam, & preces tuas persuadet quantùm cum Deo possumus efficaciter exaudire, ipsum Magistrum quanquàm non solùm plurimum vtilis verum etiam valdè necessarius nobis extiterit & existat (vtpotè cuius fidei puritatem & discretionis prudentiam iamdiu in multis experti, negocia nostra parua & magna eidem committimus) incunctanter deuotioni tuæ duximus liberaliter concedendum; discretionem rogantes affectuosiùs & monentes, quòd ipsum, quem propriç probitatis merita commendant, habens propensiùs commendatum, taliter eum studeas honorare, quòd & nos qui honorari reputamus in Christo, ad honorem & profectum tuum magis intendere debeamus; & idem, cuius obsequiũ tibi ac terræ tuæ quamplurimùm credimus profuturum, ad deuotionem tuam fortiùs astringa-

tur. Datum Signiæ, tertio Idus Septembris anno decimo quinto.

Episcopo Parmensi.

EPISTOLA XI.

Quòd dispensatio consanguinitatis detur inter duos contrahentes matrimonium.

F.103. C.MS IOANNE laico & G. muliere in tertio affinitatis gradu distantibus, idem I. volens filiam ipsius G. natam ex secundis nuptiis ducere in vxorem, ac timens ne huiusmodi copula alicui possit calumniæ subiacere; nobis humiliter supplicauit, vt pro bono pacis, quam ex eorum matrimonio asserit prouenturam, eandem ducendi sibi licentiam concedere dignaremur. Quocircà mandamus, quòd si aliud impedimentum canonicum non obsistit, ipsis licentiam tribuas contrahendi. Datum Laterani secundo Calend. No-

uembris, Pontificatus nostri anno decimo quinto.

Abbati & Priori Cisterciensi, & Decano Capellæ Ducis Diuionensis, Cabilonensis & Lingonensis diœcesum.

EPISTOLA XII.

Quòd absoluat Decanum Diuionensem à denunciatione facta, si non probentur denunciata, vel si est inimicitia inter denunciantem & reum.

DILECTVS filius I. Decanus Christianitatis Diuionensis in nostra proposuit præsentia constitutus, quod cùm olim L. I. & H. Canonicis Capellæ Ducis Diuionensis, Lingonensis diœcesis, non ad correctionem, sed potiùs ad infamationem ipsius nobis quædam denunciâtibus contra ipsum, P. 106 C. M. 8

ven. fratri nostro Matisconensi Episcopo, & suis coniudicibus dederimus in mandatis, vt vocatis qui essent propter hoc euocandi, quod inuenirent super obiectis per suas nobis litteras intimarent, partibus in ipsorum præsentia constitutis, & eodem inficiante Decano, quòd denunciationem ipsam monitio caritatiua præcesserit, & formaliter asserēte prædictos Canonicos, factæ denunciationis tempore, inimicos eius & æmulos extitisse, tandem fuit ad Sedem Apostolicám appellatum; cuius appellationi memorati iudices detulerunt. Idem verò Decanus, quorundám religiosorum litteras repræsentans, qui de vita & conuersatione ipsius laudabile testimonium perhibebant, nos humiliter supplicauit, vt occurrere aduersariorum suorum malitiæ, ac laboribus eius finem imponere dignaremur. Nolentes autem ipsum indebitè fatigari, discretioni vestræ

potestate Apostolicæ Sedis mādamus, si denuntiatores præfati monitionem caritatiuam super obiectis præmisisse probare nequiuerint, aut Decanus ipse docuerit illos suos extitisse, denunciationis tempore, inimicos; eundem ab illorum denuntiatione sub Apostolica obedientia absoluatis. Alioquin in eodem negocio iuxta priorem continentiam litterarum Apostolica re. rati præ. procedatis. Quod si non omnes, &c. duo vestrum, &c. tu denique fili Abbas super te ipso, &c. Datum Laterani 2. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno decimo quinto.

Nobili viro S. Comiti Montisfortis.

EPISTOLA XIII.

Quòd terras quas occupauit à Rege Aragonum, & eius vassallis, eisdem restituat.

F.108 C.M.5 EX parte charissimi in Christo filij nostri P. illustris Regis Aragonũ, per nuncios eius fuit propositum coram nobis, quòd tu conuertens in Catholicos manus tuas, quibus suffecisse debuerat in homines hæreticæ prauitatis extendi, crucesignatorum exercitum ad effusionem iusti sanguinis & innocentium iniuriam prouocasti, & terras vassallorum Regis ipsius, videlicet Comitis Fuxensis, Comitis Conuenarum, & Gastonis Bearnensis, in eius graue præiudicium occupasti, licet in eis nec hæretici aliqui habitarent, nec habitatores earum super hæreticæ prauitatis

prauitatis errore infamia cóſperſiſſet. Aſſerebát præterea nuntij Regis præfati, quòd cùm ab hominibus terrarum illarum fidelitatis exegeris iuramenta, & terras patiaris inhabitare prædictas, eos eſſe Catholicos tacitè confiteris, & hæreticorum abneges te fautorem, & hæreticos te fouere quodammodò reſpondes ſi legitimè occupaſſe terram illorum alleges; formabant nihilominùs ex eo querimoniam ſpiritualem, quòd dùm Rex ſeruitio Ieſu Chriſti contra Sarracenos inſiſteret, & effuſioni ſuum & ſuorum ſanguinem exponeret pro reuerétia fidei Chriſtianæ, tu bona vaſſallorum eiuſdem in propria vſurpabas, eóque fortiùs ad depreſſionem inſtabas illorú, quo minus Rex poterat eis opem ſuæ protectionis dare, vires ſuas impendens cótra Sarracenæ gétis perfidiam, in auxilium populi Chriſtiani, & cùm adhuc Rex idem partes ſuas contrà

Sarracenos intendat armare, & aduersùs eos Domino duce, tanto efficaciùs poſſit inſurgere, quantò maiori quo ad alios * quietè gaudebit in pace ſibi reſtitui per Sedem Apoſtolicam quæ vaſſallorum eius extiterunt, poſtulabat. Nolentes igitur ipſum ſuo iure fraudari, nec iam dictum eius propoſitũ impediri, nobilitati tuæ per Apoſtolicæ ſcripta mãdamus, quòd eidem Regi, & vaſſallis eius terras reſtituas ſupradictas, ne ad tuum ſpecialem nõ generalem Catholicæ fidei profectum per retentionem illicitam poſſidere videaris. Datum Laterani decimoſexto Calendas Februarij, Pontificatus noſtri anno decimoquinto.

Nobili viro S. Comiti Montisfortis.

EPISTOLA XIV.

Quòd faciat homagium Regi Arragonum de ciuitate Carcassonensi, quam eidem tradidit in feudum.

CVM ad mandatum Sedis Apostolicæ charissimus in Christo filius noster P. Illustriss. Rex Arragonum in feudum tibi concesserit Carcassonem, quam ab eo Vicecomes tenuerat Biterrensis, postulabat vt ea sibi faceres, quæ dictus Vicecomes ei, suisque prædecessoribus facere consueuerat & debebat. Quia verò intentionis nostræ non extitit, quòd ei de iure suo per talem feudatarium aliquid deperiret, nec te subtrahere debes illius oneribus, in cuius (quoad feudum ipsum) successisti commodum & ho- Fol. eod. C.MS

norem, cùm possessionum onera mutari de leui non consueuerint mutationibus possessorum, quia res cum suo onere transit; potestate Apostolicæ Sedis tibi mandamus, quòd ea dicto Regi facere non recuses, ad quæ memoratus Vicecomes tenebatur eidem: quoniàm quantumcúmque te in Domino diligamus, sic tibi nec volumus nec debemus adesse, vt ipsi Regi deesse in sua iustitia videamur. Datum Laterani decimooctauo Cal. Februarij, anno Pontificatus nostri decimoquinto.



EX LIBRO DECIMO SEXTO Regestorum Innocentij, Papæ III. Pontificatus sui anno decimosexto.

Remensi Archiepiscopo & suffraganeis eius.

EPISTOLA I.

Quod inhibeat omnibus suis subditis, ne iurent per viscera & alia membra Iesu Christi, cùm ibi multùm vigeat illa mala consuetudo.



ETSI Apostolatus officiũ nos vniuersis constituat debitores, & erga omnes paternum affectum gerere teneamur : regnum tamen Franciæ prærogatiua quadam fol. 120 C.MS

diligimus charitatis, vtpotè quod præ cæteris mundi regnis Apostolicæ Sedi ac nobis obsequiosum semper extitit & deuotum; ideoque ab eodem regno specialiter amouere cupimus scandala vniuersa, quæ contra illud diuinæ possent maiestatis oculos prouocare. Noueritis autem ad nostram audientiam peruenisse, quòd eiusdem regni homines quasi ex consuetudine generali frequenter ex irâ & interdum animi leuitate, quibusdam vtuntur nefariis, & horribilibus iuramẽtis: & cùm Veritas doceat per seipsam non esse iurãdum, nec per terram, quia scabellum est pedum Dei, non solum per diuinos pedes & manus iurare non metuunt, verùm etiam ipsius Christi & Sanctorum eius secretiora membra linguâ sacrilegâ perscrutantes, ea non formidant intonare, iurando quæ nos scribendo sumus veriti nominare. Cùm igitur sacri Canones in præsumpto-

res huiusmodi constituát graues pœnas, & Episcopos nihilominùs, qui hæc emendare negligunt, asserant acerrimè arguendos, fraternitatem vestram monendam duximus attentiùs & hortandam, potestate Apostolicæ Sedis mandantes quatenus subditis vestris, vt ab huiusmodi temeritate desistant, curetis districtiùs inhibere, & inhibitionibus comminationes addendo eorum præsumptionem taliter corrigatis, quòd diuini nominis zelus vos tangere videatur, & eorum temeritas diuinam contra ipsos & regnum præfatum non prouocet vltionem; vos denique fratres & Archiepiscopi super vobis ipsis, &c. Datum Laterani, secundo Idus Maij, anno decimosexto.

Digitized by Google

Sleſvvicenſi Epiſcopo.

EPISTOLA II.

Quòd Capellanus habens domicilium ratione patrimonij in vna diœceſi, & ratione beneficij in alia, debet fieri ſententia per Epiſcopum, in cuius diœceſi commiſit, & fieri executio in cuius diœceſi eſt beneficium.

Fol. 117. C.MS POSTVLASTI per Sedem Apoſtolicam edoceri, vtrùm Sacerdos Eccleſiam habens in vna diœceſi, & reſidens in eadem, domicilium verò patrimonij ratione in alia, ibíque delinquens, ab Epiſcopo (in cuius habet diœceſi patrimonium) pro delicto ibidem commiſſo debeat iudicari, præſertim in cauſis, quæ officij ſeu beneficij priuationem expoſcunt. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd per Epiſcopum (in cuius deliquit diœceſi), ſen-

Digitized by Google

tentia promulgari poterit in eundem, ſed ab Epiſcopo, in cuius diœceſi Eccleſiam obtinet, erit quoad ipſam Eccleſiam huiuſmodi executio ſententiæ facienda. Quæſiuiſti præterea vtrum contra quoſdam (contemptâ excommunicationis ſententiâ) debitas Eccleſiis decimas ſubtrahentes regiam tibi liceat implorare poteſtatem, cùm ad ſolutionem ipſarum vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari. Ad quod tibi duximus reſpondendum, quòd ſi te de huiuſmodi querimonia ſimpliciter reponente Rex, cui ad bonorum laudem & malefactorum vindictam gladius eſt commiſſus, in eoſdem rebelles traditam ſibi exercuerit poteſtatem, eorum erit duritiæ imputandum. Cœmeteria verò, in quibus excommunicatorum corpora ſepeliũtur per ſuorum violentiam propinquorum, reconcilianda erunt aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ, ſicut

in Ecclesiarum dedicationibus fieri cōsueuit. Procurationes autem, quæ visitationis ratione debentur, sine manifesta & necessaria causa non exigas, nisi cùm personaliter officium visitationis impendis. Tu denique frater Episcope super te, &c. Datum Laterani, tertio Calendas Maij., Pontificatus nostri anno decimo sexto.

Prælatorum, qui fuerunt in Concilio apud Vaurum.

EPISTOLA III.

Super denegatione feudorum, quæ à gratiâ Innocentij repetebant hæretici.

vol. 142. c.MS SANCTISSIMO in Christo Patri, ac beatissimo Domino suo Innocentio Dei gratia summo Pontifici deuoti & humiles serui eius Archiepiscopi, Episcopi, & alij Ecclesiarum Prælati, in Cōcilio apud Vaurum pro san-

Digitized by Google

ctæ fidei cógregati negocio, cum omni affectione longum vitæ spatium & salutem. Ad agendas paternitatis vestræ sollicitudini dignas grates, cùm nec lingua nec calamus nobis sufficiat, retributorem omnium bonorum exoramus, vt nostrum in hac parte suppleat defectum, & abundè vobis retribuat omne bonū, quod nobis, & nostris, aliisque partium nostrarum Ecclesiis tribuistis. Cùm enim in partibus istis pestis hæretica (ibi antiquitùs seminata) nostris temporibus vsq; adeò succreuisset, quòd cultus diuinus ibidem haberetur omninò in opprobriū & derisum; & in Clerum, & bona Ecclesiastica, hinc hæretici, indè rotharij grassarentur, & tàm Princeps quàm populus in reprobum sensum datus, à fidei rectitudine deuiaret: Tandem vigilantiæ vestræ sollicitudine faciente, ità nos ex altis oriens misericordia visitauit, vt per sanctos exercitus sig-

natorum (quos ad emundandas ſpurcitias peſtis huiuſmodi ſapientiſſimè deputaſtis), & Chriſtianiſſimum eorum Principem Comitem Montisfortis, intrepidum Chriſti Athletam, & inuictum dominici prælij bellatorem, Eccleſia, quæ tam miſerabiliter corruerat, caput incœperit releuare, & in parte maximâ iam deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis terra dudum à cultoribus falſorum dogmatum conculcata, nunc diuino cultui laudabiliter aſſueſcat. Reſtát verò adhuc reliquiæ dictæ peſtis, Toloſana videlicet ciuitas cum caſtris aliquot, vbi tanquàm ſordes in ſentinam cadentes reſiduum prauitatis hæreticæ ſe collegit; quorum Princeps (Comes ſcilicet Toloſanus) qui ab antiquis temporibus, ſicut multoties iá audiſtis, hæreticorum & fautor extitit, & deffenſor, pro viribus, quæ ſibi remanſerunt, impugnat Eccleſiá & quoad poteſt pro

fidei hoſtibus eius cultoribus ſe opponit. Ex quo enim à ſanctitatis veſtrę rediit præſentia cum mandatis, (in quibus vltra omnem ſuorum exigentiam meritorum egeratis miſericorditer cũ eodem) introiuit ſicut manifeſtè videtur Angelus Satanæ in cor eius, & gratiæ veſtræ beneficiorum ingratus, de iis, quæ coram vobis promiſerat, nihil impleuit; imo pedagia ſæpius abiurata adauxit, & ac ſi mandatorum ipſorum beneficio renunciaſſe intenderet, ad omnes, quos ſciuit veſtros & Eccleſiæ Dei aduerſarios, ſe conuertit. Sane per O Dei & Eccleſię inimicum opinatus, contra ipſam Eccleſiam vires aſſumẽs, ſub ipſius confidentia manifeſtè, ſicut aſſeritur, minabatur, quòd Eccleſiam de finibus ſuis & clerum radicitùs extirparet, hæreticos & rotharios, quos multoties abiurauerat, ex tunc feruentiùs ſolitò fouere ſtuduit, & tenere. Cùm enim Catholicorũ exercitus ob-

ſideret Vaurum, vbi ſedes erat Satanæ ac dicti erroris hæretici primaria; ipſe in ſubſidium miſit milites & clientes, & in caſtro ſuo (quod Caſſeri appellatur) fuerunt inuenti & combuſti à cruce ſignatis pluſquàm quinquaginta hæretici de veſtitis, præter credentium eorũ multitudinem copioſam. Inuocauit etiam contra Dei exercitum Seuericum (Regis Angliæ inimici Eccleſiæ Seneſcallum) cum quo Chriſti pugilem prædictum Comitem Montisfortis apud Caſtrum nouum Arrij obſidere præſumpſit, ſed Chriſti dextera faciente citò fuit in confuſionem eius præſumptio conuerſa, ità quòd pauci Catholici infinitam Arrianorum multitudinem effugarent; Prædictorum autem S. & Regis confidentia defraudatus, vt qui baculo arundineo nitebatur, cogitauit iniquitatem abominabilem, & Catholicis auribus deteſtandam, & ad Regem Marochitanum

ſuos nuncios deſtinauit , ſubſidium eius non ſolùm in terræ noſtræ,ſed totius Chriſtianitatis excidium implorãdo. Attamen conatum eius & damnabilem intentionem ſuperna pietas impediuit. Epiſcopum Aginnenſem à ſede propria expellendo bonis omnibus ſpoliauit, Abbatem de Moiſſiaco cepit, & Abbatem Montis-albani ferè per annum tenuit captiuatum. Rotharij quoque ipſius & complices, peregrinos clericos & laïcos innumerabiles variis affecere martyriis, & nonnullos detinent ac diutiùs tenuere captiuos. In omnibus etiam iis non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta;ità vt fiat quotidie ſemetipſo deterior, & omnia mala, quæ poteſt per ſeipſum & filium ac complices ſuos Fuxenſem & Conuenarum Comites, & Gaſtonem de Bearno, viros ſceleratiſſimos & peruerſos, contrà Dei Eccleſiam operetur. Cùm autem

vltione diuina ex censura Ecclesiastica, memoratus athleta fidei Comes Christianissimus Montisfortis terram ipsorum, tanquàm hostium Dei & Ecclesiæ, secundo & iusto prælio occupauerit, ferè totam; ipsi adhuc persistentes in sua malitia, & humiliare se sub potenti manu Domini contemnẽtes, nuper ad Regem Arragonum recurrerunt, (per quem fortè intendunt vestram circumuenire clementiam, & Ecclesiam suggillare.) Adduxerunt enim ipsum, Tolosâ nobiscum, (qui de mãdato Legati & delegatorum vestrorum apud Vaurum coueneramus) colloquium habiturum. Qui quæ & qualia proposuerit, & quæ nos ei duxerimus respondẽda, ex rescriptis, quæ vobis sigillata mittuntur, pleniùs cognoscetis. Mittitur etiam Sanctitati vestræ Concilium, quod Delegatis vestris super facto Comitis Tolosani tribuimus requisiti. Omnes igitur vnanimiter

nimiter & concorditer hæc præmiſſa Sanctitati veſtræ intimamus, liberantes animas noſtras, ne pro defectu ſignificandi, in negotio fidei de contingentibus aliquid omittatur. Demùm vero pro animabus noſtris, ac commiſſarum nobis Eccleſiarum ſubſtantiis, veſtræ miſericordiæ ſupplicantes, expoſcimus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt liberationis & pacis, imò vitæ noſtræ negotium (quod in parte maxima iam feliciter promouiſtis) cùm manifeſta iuſtitia & potentia ſit, feliciori fine dignemini conſummare; ponentes ad radicem arboris damnoſæ ſecurim, & eam ne noceat vltrà perpetuò ſuccidentes. Pro certo namque ſciatis quòd ſi terra, quæ dictis tyrannis cum tanta iuſtitia, & multa Chriſtianorum effuſione ſanguinis eſt ablata, ipſis aut eorum hæredibus reſtituatur, poſt ſcandalum fidelium, qui hoc negotium promouerunt, non

solùm fieret nouissimus error peior priore, sed excidium exinde Clero & Ecclesiæ inæstimabile immineret. Ad hæc quoniam enormitates, blasphemias, abominationes, & alia scelera prædictorum, per singula præsenti paginæ non credidimus annotanda, ne librum texere videremur, quædam in ore nunciorum posuimus, quæ sanctis auribus vestris poterunt viua voce referre. Datum Vauri, decimo-quinto Calendas Februarij.

Episcopi Biterrensis.

EPISTOLA IV.

Super extirpatione ciuitatis Tolosanæ propter hæresim.

F. 141 C. MS SANCTISSIMO in Christo patri ac Domino suo reuerendissimo, Innocentio Dei gratia summo Pontifici: B. Episcopus Biterrensis, seruus eius

humillimus & fidelis, cũ ſanctiſſimorum pedum oſculo ſalutem & vitam. Cum ineffabili Dei clementia, veſtræque miniſterio Sãctitatis, terra noſtra, ac aliæ circumpoſitæ, in quibus diabolus (peccatis populi exigentibus) tantam ſibi potentiam vſurparat, vt omnem in eis rectitudinem peruertiſſet, & per miniſtros ipſius ſponſa Chriſti, opprobriis, blaſphemiis, & quæcumque poſſunt excogitari, afficeretur iniuriis; & omnis diuinus cultus eſſet in opprobrium & deriſum, in lucem pacis & fidei tàm fideliter cœpit reſpirare, vt errorum & aliarum peruerſitatum authoribus iam pro parte maxima exturbatis, vexilla ibi Eccleſię ſint erecta, & ad diuini cultus augmentum pax & ſecuritas habeatur; remanſit adhuc ibi magna quædam errorum omniũque vitiorum ſentina, Toloſa videlicet ciuitas, & alia quædam loca, in quibus totius prauitatis hæreticæ reliquiarum

ſpurcitia ſe collegit, quæ niſi fuerit per longanimitatem veſtræ ſanctæ ſollicitudinis auulſa funditùs, & radicitùs extirpata, procul dubio genimina viperarum iterùm pullulabunt, & longè deteriorem priore morbum facient recidiuum. Nos igitur (beatiſſime Pater) quos tanquam propiùs poſitos negocium iſtud magis tangit, ſanctiſſimam pietatem veſtram rogamus, fuſiſque lacrymis votiuis exoramus, in viſceribus Ieſu Chriſti (quatenùs noſtro aliorumque Prælatorum iugulis, & Eccleſiarum ſubſtantiis, quibus Comitis Toloſani & filij eius (ſi reſurgerent) gladius inexorabiliter immineret; miſericorditer proſpicientes inpoſterùm negotio pacis & fidei, quod tam prudenter ac potenter hactenùs promouiſtis, finem perfectum & ſtabilem imponatis. De infidelitate namque dicti Comitis, & immanitate quam per ſuum ſatellitem exercuit in

Legatum, ſuper quo per ratihabitionem, honorem, & beneficia, quæ ipſi occiſori exhibuit, conuincitur manifeſtè, ſatiſque poteſt veſtræ Sanctitati conſtare. Prouideat quoque veſtra Paternitas, ne Rex Aragonum, qui (vt ſalua reuerentia vnctionis loquamur) factus videtur filius infidelis, & præſumptuosè ſe iactat, quòd dicto Comiti & complicibus eius hęreticis, Rotbariis, ſacrilegis, homicidis, & omnium flagitiorum generibus irretitis, reſtitutionis terrarum ſuarum & gratiæ veſtræ beneficium obtinebit, ad veſtram præſentiam eos ducens, aliquatenùs vos circumueniat. Profectò namque ſi dicta ciuitas, quæ nidus hęreticorum exiſtit, & extitit ab antiquo, (ità quòd ſicut legitur ob cauſam ſimilem fuerit olim euerſa funditus & etiã exarata) remanſerit peſtilentibus memoratis, adhuc flamma egredietur de

ipſa, quæ partes noſtras, & alias circumpoſitas plus ſolitò profligabit.

Archiepiſcopi Narbonenſis, Coëpiſcoporum, & Abbatum.

EPISTOLA V.

Continetur R. Comitis Toloſani & filij eius ſolemncius iurandum.

vol. 141. C.MS SANCTISSIMO Patri, & Domino Innocentio, Dei gratia ſummo Pótifici R. per eandem Archiepiſcopus, Epiſcopi, & Abbates omnes qui ſecùm præſentes fuerunt, ſumma cum deuotione ſubiectionem, & debitum famulatum. Sanctitati veſtræ notum facimus, dominum Regem Arragonum cum Toloſam acceſſit, vt Comites Toloſanum & Fuxenſem & Conuenarum, & Gaſtonem de Bearno, ad beneplacitum & mandatum veſtrum li-

berè & absolutè recipiendum induceret, & pro viribus fideliter adimplendum, ad abundantem cautelam & securitatem in scriptis redactam ab eisdem recepit, & in hunc modum. Ego Raimundus Dei gratia Comes Tolosæ, Dux Narbonæ, Marchio Prouinciæ, & ego R. filius eius gratuita voluntate, non coacti, nec vi, nec dolo inducti mittimus personaliter nos ipsos, & Tolosanam ciuitatem, & villam Montis albani, cum omnibus eorum pertinentiis, terminis, siue adiacentiis, & totam aliam terram nostram, quam habemus & habere debemus, cum militibus, & hominibus singulis & vniuersis, nunc vel in futurum habitantibus, & ad vltimum cum omnibus iuribus & rationibus, quæ ad nos vbique pertinent, vel pertinere debent aliquo iure, siue aliqua ratione, in manu & posse vobis domino P. Dei gratia Regi Arragonum & Comiti Barcinonēsi,

&eis, qui de voluntate vestra vel mandato vices vestras obtinuerint, mittimus, & in posse vestrũ, ac potestatem prędictam terram totam (sicut dictum est) & aliam (quam Deo præstante recuperabimus) tradentes, vobis etiam & in vos eosque, qui locum vestrum tenuerint, transferentes corporalem possessionem horum omnium, & iura omnia seu rationes, cum plena iurisdictione & potestate, tali modo quòd tàm in ipsis personis nostris, quàm iis omnibus nominatis, voluntati domini Pontificis & mandato possitis obtemperare, & satisfacere, & cogere cũ effectu nos, si fortè proni & accliues ad mandatum eius persequendum (quod Dominus auertat) noluerimus adesse; promittentes vobis bona fide quòd tam ea, quæ Dominus Pontifex vel vos pro eo nobis mandabitis, pro posse nostro faciemus & adimplebimus, sine dolo & fraude hæc omnia,

quemadmodùm ſuperiùs ſcripta ſunt, attendemus, & obſeruabimus bona fide & ſine malo ingenio pro poſſe noſtro, & contra non veniemus per nos, vel per aliam quamcumq; perſonam, vel venire contra faciemus, nec aliquid contra machinabimur. Quæ omnia prædicta per Dominum, & hæc ſacroſancta Euangelia à nobis tacta iuramus. Mandamus præterea Capitulo & Vniuerſitati Toloſæ Vrbis & ſubvrbij, vt vobis domino P. Regi prædicto faciant fidelitatem & ſacramentum, ad omnia ſui prædicta obſeruanda fideliter; hoc fuit ita appoſitum quinta die Ianuarij Philippo Francorum Rege regnante, & eodem Raimundo Toloſano Comite, & Fulcone Epiſcopo, anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo duodecimo.

Digitized by Google

Continetur Consulum Tolosatum iusiurandum.

NOs Consules vrbis & suburbij, Bertrannus de Sancto Lupo, Arnaldus de Castro nouo, & Bernaldus Petrus Toytius, & Arnaldus Gilabertus, & Petrus de Sancto Romano, & G. de Pozano, & A. de Mausio filius Arnaldi de Roasio qui fuit, & R. de Roasio, & G. Arnaldus de Monte-totino, & Arnaldus Rainaldus, & Stephan9 Vitalis, & R. Vitalis de Balbata, & B. Petrus de Cosanno & G. Isannus, & Robertus de Tauro, & Vitalis de Princhaco, & Petrus Embrinus, & G. Pontius Asto, & B. Raimundus, & R. de Scalquino, & A. de Roasio filius B. deRoasio qui fuit, & Hugo Surdus, & B. Gerardus, & Stephanus Siquartus, de voluntate expressa, & mandato domini R. Dei gratia Tolosæ Comitis,

Ducis Narbonæ, Marchionis Prouinciæ, & R. filij eius, de communi consensu Vniuersitatis Tolosæ permittimus vobis domino P. Dei gratia Regi Arragonum & Comiti Barcinonæ, quòd ad omnia tenenda, & habenda, & plenariè exequenda, & potenter possidenda, quæ dominus R. Comes Tolosæ & eius filius vobis promiserunt, quemadmodùm in superiori instrumento ab eis vobis facto pleniùs continetur, curam dabimus & operam, & diligentiam quam poterimus adhibebimus, vt tàm de personis suis, quàm honoribus suis, quos nunc habent, vel habere debent, vel Domino præstante recuperabunt, possitis satisfacere voluntati & mandato Domini Pontificis & vobis in iis, quæ eisdem dominus Pontifex decreuit iniungenda; promittimus bona fide & sine dolo ac fraude, auxilium, consilium, & opem quantam poterimus, & iuua-

men, & ad omnia adimplenda omnimodam fidelitatem vobis, & eis qui locum vestrum tenuerint. Promittimus etiam vobis nos singuli & vniuersi prænominati Consules, & tota Tolosæ Vniuersitas, quòd in his omnibus, quę ex parte domini Pontificis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ nobis mãdaueritis, vos vel illi, qui vices vestras tenuerunt, voluntati domini Pontificis stemus in omnibus & per omnia, & arbitrio seu cognitioni vnusquisque per se & contrà non veniemus alia ratione. Hæc omnia superiùs scripta attendemus & obseruabimus ac complebimus bona fide, & contra aliquid non machinabimur per nos vel per aliam quamcumq; personam: sic nos Deus adiuuet, & hæc sacrosancta Euangelia à nobis singulis iureiurando corporaliter tacta. Et ad huius negocij fidem pleniorem hanc paginam sigillorum Comitis & filij eius, & Capituli

Tolosani authoritate roborauimus. Hoc fuit ità appositum quinta die Iáuarij in exitu; Philippo Rege Francorum regnante, & eodem R. Tolosano Comite, & Fulcone Episcopo, anno ab Incarnatione domini millesimo ducentesimo duodecimo.

Abbati Sancti Florentij Salmuriensis.

EPISTOLA VI.

Quòd causam inter Archiepiscopum Burdegalensem & Bituricensem, super iure Primatiæ videat vsque ad sententiam, & remittat.

BVRDEGALENSIS Archiepiscopus nobis humiliter supplicauit, quòd cùm venerabilis frater noster Bituricensis Archiepiscopus in Prouincia sua ius Primatiæ ad se asserat pertinere, super hoc causam inter eos com- fol. 147. C.MS

mittere dignaremur. Quocircà discretioni tuæ per Apostolica scripta mãdamus quatenùs duobus viris prouidis & honestis, (quorũ vnus à parte vna, reliquus vero ab altera tibi præsẽtetur,) assumptis, causam super hoc audias cũ eisdem, & vsque ad diffinitiuæ sententiæ calculum procedens, in ipsis eandem ad nos remittas sufficienter instructam, præfixo partibus termino competenti, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui repræsentent, iustam authore domino sententiam recepturi. Tu denique fili Abbas, &c. Datum Laterani, 3. Idus Iunij, Pontificatus nostri anno decimosexto.

Digitized by Google

EPISTOLA VII.

Litteræ Regis Angliæ, per quas notificat fidelibus vniuersis stare mandatis Ecclesiæ, & veram pacem dare Ecclesiæ Cantuariensi.

IOANNES Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, omnibus Christi fidelibus præsentem chartam inspecturis, salutem. Vniuersitati vestræ per hâc chartam nostram sigillo nostro munitam, volumus esse notum, quia cùm Deum & matrem nostram sanctam Ecclesiam in multis offenderimus, & proinde diuina misericordia plurimum indigere noscamur, nec quid dignè offerre possimus pro satisfactione Deo & Ecclesiæ debita facienda, nisi nos ipsos habeamus, & regna nostra; volentes nos ip-

ſos humiliare pro illo qui ſe pro nobis humiliauit vſque ad mortem, gratia ſancti Spiritus, non vi inducti, nec timore coacti, ſed noſtra bona ſpontaneaque voluntate, ac communi conſilio Baronum noſtrorum, offerimus & liberè concedimus Deo, & ſanctis Apoſtolis eius Petro & Paulo, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri noſtræ, ac Domino noſtro Pontifici Innocentio, eiuſque Catholicis Succeſſoribus, totum Regnum Angliæ, & totum Regnum Hiberniæ, cum omni iure ac pertinentiis ſuis, pro remiſſione peccatorum noſtrorum & totius generis noſtri, tàm pro viuis quã defunctis, & amodò illa à Deo & Eccleſiâ Romana tanquàm feudatarius recipientes, & tenentes, in præſentia prudentis viri Pandulfi dominĩ Pontificis Subdiaconi & familiaris, fidelitatem exinde prædicto Domino noſtro Pontifici Innocentio, eiuſque Catholicis Succeſſoribus,

cessoribus, & Ecclesiæ Romanæ, secundùm subscriptam formam facimus & iuramus, & homagium ligium in præsentia domini Pontificis, si coram eo esse poterimus, eidem faciemus: Successores & heredes nostros de vxore nostrâ in perpetuum obligantes, vt simili modo summo Pontifici, qui pro tempore fuerit, & Ecclesiæ Romanæ sine contradictione debeant fidelitatem præstare, & homagium recognoscere. Ad indicium autem huius nostræ perpetuæ oblationis & concessionis volumus & stabilimus, vt de propriis & specialibus reditibus prædictorum regnorum nostrorum, pro omni seruitio & consuetudine, quod pro ipsis facere deberemus, (saluo per omnia denario beati Petri) Ecclesia Romana mille marcas sterlingorum percipiat annuatim, scilicet in festo Sancti Michaëlis quingentas marcas, & in Paschate quingentas marcas,

ſeptingentas ſcilicet pro regno Angliæ, & trecentas pro regno Hiberniæ: ſaluis nobis & hæredibus noſtris, iuſtitiis, libertatibus, & regalibus noſtris. Quę omnia (ſicut ſupra dicta sũt) rata eſſe volentes perpetuò atque firma, obligamus nos & ſucceſſores noſtros contra non venire. Et ſi nos vel aliquis ſucceſſorũ noſtrorum hoc attentare præſumpſerit; quicumque fuerit ille, niſi ritè commonitus reſipuerit, cadat à iure regni; & hæc charta oblationis & conceſſionis noſtræ ſemper firma permaneat. Ego Ioannes, Dei gratia Rex Angliæ, & Dominus Hyberniæ, ab hac hora inanteà fidelis ero Deo, & beato Petro, & domino meo Pontifici Innocentio, eiuſque Succeſſoribus Catholicè intrantibus non ero in facto, dicto, vel conſenſu, vel conſilio vt vitam perdãt, vel membra, vel mala captione capiantur. Eorum damnum ſi ſciuero, impediam, &

remanere faciam si potero: alioquin eis, quàm citiùs potero intimabo, vel tali personæ dicam, quam eis credam pro certo dicturam. Consilium, quod mihi crediderint per se, vel per nuntios, seu litteras suas, secretum tenebo: & ad eorum damnum nulli pandam me sciente. Patrimonium Beati Petri & specialiter Regnum Angliæ & Regnum Hyberniæ, adiutor ero ad tenẽdum, & defendendum contra omnes homines pro posse meo Sic Deus me adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia, teste me ipso, apud domũ Militiæ Tẽpli iuxtà Doueriam, coram domino H. Archiepiscopo Dubliniensi, domino I. Episcopo Noruuicensi; G. filio Petri Comitis Essex Iustitiario nostro, Vv. Comite Sar..... fratre nostro, Vv. Marescallo Comite Vvarennensi, S. Comit. Vvit. Vv. Arundell. Vv. Comit. de Ferr. Vv. Brovv. Petro filio Ser. Vvar. filio Ger. decimoquin-

to die Maij, anno regni noſtri deci-moquarto.

EPISTOLA VIII.

Litteræ eiuſdem Regis directæ Pontifici qualiter ſuſcipit regna Angliæ & Hiberniæ, de Pontifice & ſucceſſoribus ſuis tenenda.

fol. 150. C.MS SANCTISSIMO Patri, & Domino ſuo Innocentio Dei gratia ſummo Pótifici, ſuus deuotus & fidelis Ioãnes eadem gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ, ſalutem, & tàm debitum quàm deuotum obſequium. Sanctæ Paternitati veſtræ ſignificamus, quòd cùm magiſter Pandulfus nuncius & familiaris veſter formam pacis vobis tranſmiſſam oſtédiſſet, nos ob reuerentiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ illam admiſimus ſine

aliqua diminutione, pro voluntate vestra obseruandam. Cæterùm, inspirante gratia sancti Spiritus, ad perpetuam Ecclesiæ pacem, & exaltationem; Regna nostra, scilicet Angliæ & Hiberniæ, de Vobis & Successoribus vestris, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ tenenda suscepimus, annuatim vobis & successoribus vestris mille marcas reddendo, sicut ex suprà scripta charta nostra, quam inde fecimus, perpendere potestis. Rogamus igitur Sanctam Paternitatem Vestram, quatenùs de cætero nos in gratiâ vestram recipere dignemini, & misericorditer nobiscum agere velitis de onere nobis imposito, quod gratanter suscepimus. Teste meipso apud Templum de Vvestm.

Monachis Cisterciensis Ordinis & Hospitalariis Quinqueclienʃis Diœceʃeωs.

EPISTOLA IX.

Quòd ʃoluant decimas Epiʃcopo Quinqueclienʃi.

Fol. 151. C.MS. VENERABILIS Frater noster Quinqueclienʃis Episcopus nobis intimare curauit, quòd vos extendentes ad lucra turpia manus vestras, multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi vel Ecclesiijs suæ ditionis decimæ solui solent, quarum vinum licet nequaquàm in proprios vsus expendatis, sed vendendum ad alias faciatis Prouincias deportari, decimas tamen sibi vel ipsis Ecclesiis subtrahitis ex eisdem. Cùm igitur ex hoc ordine vestro plurimum detrahatur, vobis per Apostolica scripta mandamus

Digitized by Google

quòd ab hiis de cætero taliter desistatis, quòd materia scandali auferatur, & super hoc de vobis clamor ad nos vlteriùs non ascendat: scientes vobis esse meritò reformidandum, ne propter rumores huiusmodi sacrum Concilium authore Domino in proximo celebrandum, priuilegia vestra coarctanda prouideat, vel etiam reuocanda; cũ priuilegium mereantur amittere, qui concessa sibi abutuntur libertate. Datum Laterani, duodecimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno decimosexto.

Archiepiscopo Lundensi Apostolicæ Sedis legato.

EPISTOLA X.

Consultanti respondetur, quòd cum Presbyteris duas concubinas successiuè habentibus potest dispensari, cùm non censeantur bigami; & super alius dubiis petitis.

fol. 157. C.MS QVIA circa minima & maxima frequenter humanus deficit intellectus, prudentis est quærere, vbi scrupulus dubitationis occurrit. Sanè postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, si Presbyteri successiuè duas concubinas habétes, bigami censeantur, vt cum eis tanquàm cum irregularibus quoad executionem sui officij nequeas dispensare; & si Presbyterorum filij sint indifferenter ad sacros

Digitized by Google

ordines promouendi, & vtrum Sacerdotes Suethiæ in publicis debeas tolerare coniugiis, qui super hoc se asserunt cuiusdam summi Pontificis priuilegio cómunitos. Ad quæ sic duximus respondendú, quòd cùm Sacerdotes prædicti siue vno, siue diuersis temporibus plures habuerint concubinas, irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum omnibus tanquam simplici fornicatione notatis quoad executionem sacerdotalis officij poteris dispensare, si viuere curauerint continenter. De Presbyterorum vero filiis tàm ex decreto Vrbani Pontificis secundi, quàm ex Concilio colligitur Pictauési, quòd ad sacros non sunt ordines promouendi, nisi aut in Cœnobiis aut in Canonica regulari religiosè fuerint conuersati. De Presbyteris autem Suethiæ certum non possumus dare responsum, nisi videamus priuilegium, quod prætendunt. Quæsiuisti

prætereà vtrum in canonem incidant laïci ſententiæ promulgatæ, qui ſacerdotes aut alios clericos in manifeſto furto comprehenſos contrectauerint violenter, ſi citra violentiam nequeát comprehendi; & ſi clericus, quem vehementer præſumis eſſe falſarium, ad tuam præſentiam citatus legitimè venire contempſerit, citrà excommunicationis ſententiam ad iudicium per violentiam trahi poſſit. Ad hæc taliter reſpondemus quod in neutro caſuum prædictorum ſententia excommunicationis incurritur, dùm modò mandatum interueniat Prælatorum, quorum tales clerici ſunt iuriſdictioni ſubiecti, cùm hoc non ipſi laici, ſed illi potiùs (quorum authoritate id faciunt,) facere videátur, nec ampliùs laicorum violentia extendatur quàm de fenſio ſeu rebellio exegerit clericorum. Subſequenter etiam quęſiuiſti vtrum Monachi omnium Sanctorum, priuilegiũ

bonæ memoriæ E. prædeceſſoris tui ſuper Epiſcopalibus decimis retinendis inductum, extendere valeant ad poſſeſſiones poſtmodum acquiſitas, & in poſterum acquirendas. Super quo tale damus Serenitati tuæ reſponſum, quòd ſi decimarum illarum remiſſio facta extitit ſecundum canonicas ſanctiones prædeceſſor tuus indefinitè decimas Epiſcopales Monaſterio remittendo, cùm nihil exceperit,& poterat excepiſſe,ac in beneficiis pleniſſima ſit interpretatio adhibenda,nec debeat vna eademque ſubſtantia diuerſo iure cenſeri, intellexiſſe videtur non ſolùm de decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed & futuri. Sanè quia contingit interdùm quòd nullo accuſatore publicè comparente, qui matrimonium impetat iam contractum,ad te priuata quorumdam aſſertio defert conſanguinitatis vel affinitatis impedimentum, an ſub ſilen-

tio præterire, an ad denominationem Iuramentalium (vt tuis verbis vtamur) procedere debeas quæsiuisti. Ad hoc sic breuiter respondemus, quòd si personę graues, quibus fides sit merito adhibenda, tuæ fraternitati denuncient, quòd ij qui matrimonio sint coniuncti, propinquitate se contingāt; etiam si nullus manifestus appareat accusator, ex tuo procedere potes officio, vt veritate sollicitè inquisita, quod postulabit iuris ordo decernas, maximè si ex tali copula scandalum sit subortum. Porrò de nobili viro N. pro cuius dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea, quæ ipsum quinto gradu consanguinitatis contingit, à Sede Apostolica obtinenda falsa nobis causa fuerat allegata, proles videlicet, cùm tamen ante dispensationem obtentam vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuersæ carnis ingressa, prout tua cōsultatio continebat: dissimulare pote-

ris, vt remaneat in copula sic cõtracta, cùm ex separatione sicut asseris graue videas scandalum imminere. Tu denique frater Archiepiscope, super te ipso, &c. Datum Signiæ, octauo Nonas Octobris, Pontificatus anno decimosexto.

Nobili viro Herueo Comiti & Matildi vxori eius Comitissæ Niuernensi.

EPISTOLA XI.

Dispensatur cum eis in quarto gradu matrimonium.

ASCITIS aliis in partem sollicitudinis, summus Pontifex assumptus est in plenitudinem potestatis, F. 164 C, MS qui cùm moderator sit canonum, iuri non facit iniuriam si dispensat; præsertim cùm dispensatio sic iuris vincu-

la laxet in aliquo, quòd in aliis non dissoluit, & sic beneficium gratiæ specialis inducat, quòd vigorem constitutionis nó perimit generalis. Sanè supplicastis nobis, vt cũ per tredecim annos in conspectu Ecclesiæ cohabitaueritis vobis ad inuicem, de cohabitatione huiusmodi sobole procreatâ, impedimentum ex eo quòd vos quarto gradu parentelæ vel remotiori contingitis, amouere per dispensationis gratiam dignaremur, maximè ad reuerentiam crucifixi, ad cuius vos obsequium deuouistis, signo crucis assumpto in subsidium terræ sanctæ; quia vero dignum est, vt in illius Vicario, cuius causam in isto negotio specialiter assumpsisse videmini, fauorem inueniatis gratiæ specialis, considerato etiã quòd super facto Virziliacensis Ecclesiæ circà procurationes mandatum Apostolicum impleuistis; vobiscum in gradu prædicto & remotiori, si eo vos fortè

contingatis, authoritate Apoſtolicâ de fratrum noſtrorum conſilio diſpenſamus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ diſpenſationis, &c. Si quis autem, &c. Datum Laterani, decimotertio Calendas Ianuarij, Pontificatus anno decimoſexto.

Petro ſanctæ Mariæ in Aquino Diacono Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato.

EPISTOLA XII.

Quòd reconciliet Toloſanum Comitem.

ETSI Toloſanorum exceſſus grauis ſit & enormis, quia tamen ſpe & nuper per dil. fil. P. Quitard, & Bernardũ Gilabertũ nuncios ſuos, pulſarunt ad ianuam, & humiliter pulſantibus non eſt Eccleſiæ aditus præcludẽdus, diſcretioni tuæ per Apoſt. ſcripta F.167 C.MS

mandamus, quòd sufficienti ab eis iuxtà quod videris expedire cautione recepta, ipsos reconcilies Ecclesiasticæ vnitati, & sic ciuitas ipsa reconciliata sub Apostolicæ Sedis protectione consistat, non molestanda de cætero à Comite Montisfortis, vel aliis fidelibus Catholicis, dùm in fide Catholica & Ecclesiastica pace duxerit persistendum. Quòd si fortè satisfacere noluerint, & in errore suo duxerint persistẽdum, nos per indulgentias innouatas, crucesignatos & fideles aliòs præcipimus excitari, vt ad extirpãdam pestem huiusmodi diuino freti auxilio insurgentes, tàm contra ipsos, quàm quoslibet alios receptatores aut defensores eorum, (qui plus ipsis hæreticis sunt noxij,) procedant in nomine Domini Sabaoth. Datum Laterani, octauo Calendas Februarij, Pontificatus nostri anno decimosexto.

N. Tuscu-

N. Tusculanensi Episcopo, Apostolicæ Sedis legato, & P. Subdiacono, & familiari nostro.


EPISTOLA XIII.

Quòd exigat denarium sancti Petri à quali-libet domo Angliæ, & ab aliis collectoribus, ea quæ proinde receperunt.

CVM sicut vestra dispositio ple- F.161. C.MS
nè nouit, singulæ domus totius Angliæ singulos denarios pro censu beati Petri annuatim nobis soluere teneantur, Prælati Angliæ, qui eum nostro nomine collegerunt, rem inuito domino contrectantes, maiorem sibi exinde partem non sunt veriti retinere: cùm non nisi trecentas marcas nobis persoluerint, & sibi mille vel

ampliùs vſurparint; Vt igitur ius Eccleſiæ Romanæ ſeruetur illæſum, præſentium authoritate diſtrictè præcipientes diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quòd priùs recipientes ab eis denarium ipſum (prout hactenus exoluerunt) & eos ad id (ſi neceſſe fuerit per cenſuram Eccleſiaſticam pot. Apoſtolicæ Sedis) compel lentes, firmiter poſtmodùm ex parte noſtra iniungatis eiſdem, vt reſiduum cum integritate perſoluant. Non enim videmus quo iure ſe valeant tueri, cùm nec conceſſionem poſſint oſtendere à Sede Apoſtolica ſibi factam, nec centenariam contra Romanam Eccleſiam præſcriptionem probare; maxime ſi tempora ſchiſmatum ſubducantur. Si tamen de iure voluerint experiri, præfigatis eis terminum competentem, quo per reſponſales idoneos

nostro se conspectui repræsentent, quicquid iuris super hiis habuerunt ostẽsuri; protestatione præmissa quòd si iudicio duxerint contendendum, nos, quicquid hactenùs est substractum, in ipso iudicio repetemus. Datum Laterani, quinto Calendas Februarij, Pontificatus nostri anno decimosexto. Explicit.





AD LIBRVM XIII.

REGESTORVM INNOcentij tertij Pontif. Max.

EPISTOLA I.



PATRIARCHÆ CONSTANTINOP.] Mauroceno Veneto, qui præerat Ecclesiæ Constantinopolitanæ anno Domini 1211. Pontificatus Do. Innocentij Papæ tertij 13. qui rescripsit hanc Epistolam, & Græcos diebus suis in obedientiam Sedis Apostolicæ reuertentes fouere voluit, c. licet de Baptismo & c. 4. Concilij Lateranensis. Ideò videmus Constantinopolitanum Patriarcham dicto audientem in eodem calculum ferre, cui præerat Innocentius noster, quippe Colonia ἐυσεβοῦς μητρόπολι ex Sozomeno lib. 3. c. 7. scilicet noua Roma seniori cedere debuit aptè ad Nouellam 131. c. 2.

Hinc Synodi Nicænæ primæ decreto fretus Iulius Papa primus in Orientis partibus illibatum ſpirituale imperium retinet. Siquidem ad Sedem Apoſtolicam Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus appellauit. Socrates lib. 1. c. 11. Sozomen. ibidem, & Damaſus Papa primus Nectario Patriarchæ Conſtantinopolitano præfuit; Deinde annuentibus Epiſcopis: Epheſini Concilij legati à Cœleſtino, eundem totius Eccleſiæ curam habere, Patreſque ἁγιώτατον πατέρα dixerunt apud Euagrium lib. 1. c. 4. eodemque elogio donatur Leo Papa primus à Lucentio Apoſtolicæ Sedis legato nemine prorsùs diſcrepante in Calcedonenſi Concilio, Patreſque prouinciæ Proconſularis in codice Canonum Eccleſiæ Africanæ cap. 56. vocant Anaſtaſium Papam primum προσκύνητον ἅγιον τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας Ἐπισκόπον. Secundùm quę eleganter Iuſtinianus Imperator eiuſdem Nouellæ cōtextu decreuit, κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικῶν κανόνων ὅρους, τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Πάππαν πρῶτον εἶναι τῶν ἱερέων. Quem ſequuti Theodoſius & Valentinianus Nouella de Epiſcop. ordinat. & Carolus Caluus Imperator Rex chriſtianiſſimus Ioanni vniuerſali Papæ 8. reſcribit apud Hincmarum ep. 9. c. 3.

Rectè itaque Innocentius S. R. E anti-

quæ dignitatis assertor, Patriarchæ votum animi suggerit, vt omnia ordine seruato in Ecclesia Cōstātinopolitana ex æquo & bono procedant, quæ alias fuerat inobediens & rebellis c. inter de Maiorit. & obedientia.

Imperator Constantinopolitanus] Henricus frater Balduini Comitis Flandriæ primi ex Latinis, (sed melius ex Gallis) Bysantio dominati, Nicetas Choniates Annal. lib. vlt. καὶ εἰς βασιλέα χρίουσι τὸν Ἐῤῥίκον, ὃς ἦν αὐτοκασίγνητος Βαλδουίνου τοῦ πρώτου ἐκ Λατίνων τῆς Κωνσταντίνου κατάρξαντος. Paulus Langius in Chronico Citizensi anno domini 1200. quo defuncto in carceris custodia, imperium nouæ Romæ nactus est Henricus frater à Martino Polono Alcinoë, à Genebrardo S. Pauli Comes dictus.

Solos venetos] Quoniam ipsemet Patriarcha Venetus. Decretum siquidem fuerat, vt si Gallus imperio potiretur, Venetus Ecclesiæ Constantinopolitanæ primatum obtineret, quod euenit ex Mart. Polono & Niceta ibidem & Platinâ in Innoc. 3. Cæterùm ad interpretationem huius epistolæ vide c. scriptum c. ad decorem de Institutio. nec obstat l. in Ecclesiis C. de Episc. & Cleri & c. bonæ §. nec cæteri versic. intelleximus de postul. Prælatorum, ex quibus Cle-

rici vnius Prouinciæ, clericis alterius præpollent; sed ratio decidendi exstat in eodem cõtextu ex quo desumptus §. 4. Ordinationis Regiæ, quæ in Comitiis Blesensibus sancita fuit, Io. Ferrautus priuil. 9. Liliorum; Alienigena non potest in regno beneficiari, sine Regis permissione, quæ desumpta sunt ex prooemio Pragmaticæ Sanctionis §. 4. in verbo exterorum; ideò Comitatus Burgundiæ incolæ ex S. C. 17. Nouemb. 1599. Beneficiorum administrationi, quorum titulo in Ducatu gaudent, superesse non possunt, donec à Rege tanti beneficij gratiam meruerint, eiusdemque rescriptum Senatus Diuionensis annotarit; Pari ratione cautionem iudicatum solui præstare tenentur, priusquàm in iudicio experiantur, licet inter vtramque Prouinciam fraternitatis, (quam vulgo Neutralitatem vocamus) fœdus S. C. (certo annorum decursu peracto) feriatur, vt faciliori viâ omnia mutuò peragantur.

Ob reuerentiam] quæ debetur matri à filia l. congruentiùs C. de pat. potest.

Digitized by Google

EPISTOLA II.

M.] Mariæ Pannoniæ, cuius meminit Nicetas ibid. in principio quondam Conſtantinop. quoniam Iſaacio Angelo Imperatori Conſtantinopolitano nupta fuerat ex eodem Niceta.

B.] Bonifacio qui vnà cum Sociis Conſtantinopolim cepit deditione, & Theſſalonices regnum adeptus eſt, apud Nicephorum Gregoram hiſt. Ro. lib. 1. c.3.

Romaniæ imperio in quo Ῥαβέννα μητρόπολις, Φλαμινίας πόλις ἀρχαία, apud Zozimum lib.5. quę ſibi principatum adſcripſit apud Anaſtaſium in Domno, æmulationis vitio intercepta & PICENI CAPVT PROVINCIÆ in veteri inſcriptione appellatur, paſſimque Exarchatus Rauennæ, cui primum præfecit Iuſtinus Iunior Longinum anno domini 569. dec. 1. lib. 8. quæ dignitas in Italia viguit vſque ad annum 726. quo Paulus in prælio εἰκονομαχίας (cui Leo Iſauricus ſubſcripſerat) vnà cum filio mortem oppetiit, deinde anno 754. Pippinus Rex Chriſtianiſſimus Aſtulphum Regem Lombardorum tributo Romaniam & Romandiolam prementem eiuſdem ditionē

abdicauit, & Stephano summo Pontifici donauit apud Krantzium. Ex quibus patet Cujacium conterraneum nostrum ad lib. 4. feudorum c. 36. & auctorem Prouincialis Romani malè Romandiolam Exarchatum Rauennę appellasse: distincta siquidem corpora, sed vtrumque in Piceni Prouinciâ, vnà cum donatione Comitissæ Melchtildis, quæ omnia cum Rauennâ, totoque Exarchatu Romani Pontificis nomine nuncupantur, licet priscis temporibus Romania diuerso sensu vsurpata fuerit ad distinctionem Barbariæ ex Casaubono ad Lampridium in Alexandro Seuero.

EPISTOLA III.

REGINÆ Franc.] Enge siue Ingebergæ (quam Botildem Houeden Anglus vocat) non gerbæ, vt vult Bzouius ex Æmilio Canuti 6. (non Caini apud Nauclerum, cui successit Vvaldemars 1. Daniæ Regis sorori, non filiæ Regis Hungariæ, vt vult Belojus in Domanij Francici vnione, quâ dimissa post obitum Elizabethæ, siue Alisiæ Balduini 4. Comitis Hannoniæ filiæ, Philippus Augustus colore affinitatis quæsito, vt

in c. porrò de diuort. Agnetem (non Mariam, vt vult idem Belojus loco suprà citato) Bertoldi 4. Meraniæ, (non Bohemorum vt apud Guaguinum,) Ducis filiam (non Marchionis, vt apud Surium in vita S. Heduuigis 15. Octob.) superinduxit. Quâ de causâ Concilium Diuione conuocatum ad reformationem coniugij, cui præerat Petrus Capuensis Apostolicæ Sedis legatus, ita vt prius matrimonium copulatum fuerit. quibus peractis Agnes diem suum obiit, Nauclerus Gen. 4. 1183. (sed dicendum 1198. Guaguinus lib. 6. rerum Gallic. Nic. Vignerius bibl. hist. anno 1199. Bzouius in Innoc. 3. 1199. §. 3. Krantzius Daniæ lib. 7. c. 13. Paulus Æmil. lib. 16. ex quibus faciliùs coniicies deliria Iacobi Meyeri Annal. Fland. lib. 6. anno Domini 1184. & Naucleri somnium circa Engebergam, dumque vnum eundemque Ducem Bohemiæ & Meraniæ constituit, cùm apud Ioannem Dubrauium histor. Bohem. Scriptorem eidem regno aliquem Bertholdum nomine imperasse nusquam repererim.

Pugnæ molestia] in diuortio, de quo Photij Nomocanon tit. 12. c. 4. Vv. GG. Isidori diffarreatio, dissolutio inter virum & vxorem, Scholiastes Lycophronis in verbo παρθενοκτόνον, Ἀθάμας κατ' Ἥρας πρόσταγμα. ἀποπεμ-

ψάμμος τὴν Ἰνὼ, καὶ ἐπηγήμας τὴν Νεφέλην.

Cor Regis] eiſdem verbis alloquitur Ioãnes Papa 2. Iuſtinianum Imperatorem in l. inter C. de Summa Trinit.

EPISTOLA IV.

AVRELIANENSI] ſuffraganeo Archiepiſcopi Senonenſis, de quo infrà.

Appellationis] interpoſitæ ad Sedem Apoſtolicam, quæ in ciuilibus ſuſpendit, ità vt quæ pòſt appellationem facta non valeant, c. conſiderauimus de elect. Sed in hac parte appellatione nondum terminatâ, reſcribit Summus Pontifex prouideri.

Electionem] cui ſucceſſit Regia nominatio ex pacto Concordatorum.

Perſonam idoneam.] Idem ſtatuitur ob electi incapacitatem c. priuſquã 28. diſtinct. & in c. Archidiaconum diſt. 85. forte quia corrupta, quæ in Abbatiſſam non eſt promouenda c. iuuenculas 20. q. 1. & deciſiones Cap. Toloſ. q. 295.

EPISTOLA V.

EPISCOPIS] suffraganeis Archiepiscopi, Cantuariensis in maiori Britannia, cui subditi sunt viginti Episcopi Prouinciales.

Ioannes] Frater Richardi primi, & patruus Arturi Ducis Britanniæ nepotis ex fratre, quem iussit trucidari, vt faciliori via regium apicem sortiretur. quibus patratis, iudicio Parium Franciæ interposito, bellum initum est in regno Franciæ & Angliæ, de quo in c. Nouit. de iudiciis & c. ex parte de foro competenti, vbi legendum auctoritate bonæ memoriæ Innocentij Papæ, non Ioannis. Illi siquidem Honorius tertius auctor rescripti successit, & primum lis contestata fuit in iudicio coram Innocentio 3. deinde agitata sub Honorio 3. in dicto c. ex parte & c. ex parte de fide instrument.

Ecclesiæ censuram] excommunicationem ἱερατικὴν ἀξίαν in codice Canonum Eccl. Afr. c. 100. v. Hincmarum epist. 9. c. 28.

B.] Berengariæ quondam vxoris Richardi primi, quæ filia fuit Garsiæ Regis Nauarræ, Polydorus Virgilius Hist. Angl. lib. 14. in

principio, de quâ in dictis capitib⁹ supra citatis, malè Bzouius, qui Berengariam Ioannis Regis Angliæ vxorem fuisse scribit anno Domini 1228. §. 10. Isabellæ siquidem meminisse debuit ex eodem Virgilio lib. 15. quæ nupta fuit Ioanni.

Medietate mobilium] quæ consuetudo viget in variis Galliæ Prouinciis ex iure municipali Parisiensium, Burgundionum, & aliarum gentium, mobilia autem nomine Massary tici continentur lib. 4. c. 16. Constitut. Venet.

Vvigorniensis] suffraganei Archiepiscopi Cantuariensis, de quo in c. innotuit de elect.

Heliensis] qui & suffraganeus eiusdem Archiepiscopi.

Responsalem] procuratorem in litem ad actionem factum l. Sed etsi de pactis. c. cum olim c. ex parte de priuileg.

Maneria] cùm hîc agatur de virtute comprehensiua, latè & fauorabiliter debemus verba interpretari. Itaque non hîc accipiemus manerium pro illa parte domus, quæ habitatur ab ipso Patre familias, sed pro vniuersa ædificiorum mole.

EPISTOLA VI.

SIMONI] cui varias rescripsit epistolas Innocentius. Is originem ducebat ab Almarico filio naturali Roberti Regis Christianissimi, Tilius in Roberto, à quo Castrũ Montisfortis Amalrici in solo Carnutensi denominationem accepit. Hîc Albigensium hæresim extinxit vi armorum & adminiculo verbi Euangelici, cuius seriem ore rotundo B. Dominicus Gusmanus ordinis Prædicatorum præsul, & Abbates ordinis Cisterciensis diffusiori explanatione docuerunt. Bellum porrò initum bonis auibus anno Domini 1209. & inclinante hæresi peneque deleta, anni 1218. circulo ad extremum vertente, ferè expirauit.

Biterrensi Carcasso.] Inuestitus ob res egregiè gestas ex Regis mandato à Sede Apostolica, feudo harum ciuitatum & Albigæ, quæ sitæ sunt in Gallia Narbonensi, Paradinus Annal. Burg. lib. 2. in Odone 4. v. infrà epist. 13. & 14. lib. 15. Regest.

Albiensem] Alba à Matthæo Paris. in historia Philippi Augusti anno Domini 1213. & regio Albigesium vocatur à Nauclero eo-

dem anno Gener. 40. quæ adhuc nomen retinet.

EPISTOLA VII.

PARISIENSIS] Diœcesis, cuius templum Childebertus Rex iussit construi in vrbe Parisiacâ propè muros ciuitatis, vt vtar verbis rescripti regij 6. Decemb. anno 48. postquàm regnare cœpit, scilicet anno domini 557. apud Aymonium, licet alij scribant solum 45. annorum curriculo imperasse, vt patet ex titulo Sepulchri, quem in eodem templo videre licet, Guaguinus lib. 6.

Idem ius] fundiarium siue censuale, eiusdem siquidem suburbij verus dominus censetur Abbas, ex lucratiua regiæ liberalitatis caussa.

In ædificiis] quoniam superficies solo cedit, & Abbas dominus soli, habet intentionem fundatam l. inferiorem C. de rei vindic. l. adeò §. cùm in suo de acquir. rerum dominio; nisi sint pacto separabilia, vt in l. si Seruitutes de Seruitut. quoniam tunc diuerso iure habentur; adde ex l. certo de Seruit. præd. rustic. vineam, (cuius fit mentio in hac epistola) ad solum magis quàm ad superficiem per-

tinere; ideò ſublatis vineis Seruitus manebit, ſecùs ſi acquiſita eſſet vitibus non ſolo, vt eleganter ait Cujacius ad l. 3. de Seruitut. nam in ſuperficie rectè ſeruitus imponitur, deciſ. Cap. Toloſ. quæſt. 161. Secundùm quæ Pontifex clariſſimus legum vates in ſpecie propoſita reſpondit.

EPISTOLA VIII.

NIGRI ordinis] albi monachi & nigri c. ex parte 10. de decimis & in bibliotheca S. Benigni Diuionenſis, quam nuperrimè ordinauimus, extat Theorica M.S. Pantegni monachi nigri, de Phyſicâ.

Per Rhotomagenſem Prouinc.] de qua in Auctuario Sigeberti, ſecunda Lugdunenſis ſuper Sequanam. 1. Rhotomagenſis, olim Neuſtria, hodiè Normania; cuius Metropolis Rhotomagus, à qua Rhotomagenſis Prouincia dicta.

Semel in anno] ideò Chartuſia nunquam reformata, quoniam nuſquam deformata, quod ità euenit, dum ſingulis annis capitulum initur, ſub reuerendiſſimo totius ordinis Præpoſito Generali in Eremo Allobrogum, quam B. Bruno Spiritu ſancto ſuadente

manu

manu propria & industria sociorum ædificauit; spatium etiam vnius anni Comitiis Regiis concessum. Eginartus in vita Caroli Magni: Sic ad palatium, sic ad publicũ populi sui conuentum, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat.

Sub aliquo Abbate] vt maiori religionis incremento augeatur Anachoretarum ordo, ideóque titulo non commenda Abbates donentur, nec enim religionis ritum aut humilitatis gratiam nouit commenda; & quisque ad Ecclesiasticum regimen absque vlla vænalitate prouehi debet, Hincmarus epist. 3. c. 9.

Saluo iure] c. hoc tantum 18. 4. 2. & c. 1. de statu monach.

EPISTOLA IX.

COMITI Tolosano] Raymundo quarto, qui sancti Aegidij Comes Tolosæque vocatur apud Guill. Britonem Philipp. lib. 8. Comes sani Aegidij à Polyd. Virgilio hist. Angl. lib. 13. anno Domini 1162. male S. Eligij apud Guaguinum lib. 6. Idem in Fastis Consularibus Tolosatum, Dux Narbonæ & Marchio Prouinciæ dicitur, & Raymundus

ſenior in Chronico de præclaris Franc. facinoribus, vbi inſepultum videmus, quoniam vinculo excommunicationis innodatus, eiuſdemque caput in turri S. Ioannis Hieroſolimitani vſque in hanc diem ſeruatur, in eodem Chronico. vide Holagaraij hiſtoriam.

EPISTOLA X.

ARCHIEPISCOPIS] in Germanià quorum alter octo, poſtremus verò quinque ſuffraganeos habet, quem inſtaurauit Ottho apud Siffridum epit. lib. 1. anno domini 940.

Merſeburgenſi] ſuffraganeo Magdeburgenſis Archiepiſcopi.

Dux Auſtriæ] Lupoldus ſiue Leopoldus vulgò glorioſus dictus, de quo Nauclerus in expeditione belli Hieroſolimitani Gener. 40. & aduerſus Albigenſes in Chronico Hirſaugienſi, poſt cuius & Friderici obitum, Auſtria cornuto diſcit ſeruire tributo apud Krantzium lib. 8. Metrop. c. 13.

Miſnenſi] ſiue Miſeno, Bernardo ſcil. de quo Naucl. Gener. 40. dubito an is ſit qui propè ciuitatem Euphordiam caſtra metaturus, reſedit anno domini 1248. apud Lam-

bertum Schafnaburgensem, porrò Episcopi Misnensis meminit Goffridus anno domini 1002.in Hērico II.Impetatore, & Krantzius Metropo lib.3.c.11.

Dispensationis gratiam] si fortè in quarto gradu constituti reperiantur, nam in quinta generatione rectè coniunguntur 35. q.2. & in computatione Chronologica, quæ Siffridi Auctuario subiungitur, Innocentius decreuit, vt vltra quartum gradum licitè contrahatur matrimonium, & c. penult. §. prohibitio de consang.& affinit.nam anteConcilium Lateranense vsque ad sextum gradum prohibitæ nuptiæ, Yuo decreti parte 9.c. 46.& 54. nisi variis de causis ex indulgentia dispensationis vt in c.3.de consang. & affinit. v. epist. 10. lib. 16. regest.

EPISTOLA XI.

B.] Blandæ siue Blanchæ, non Margaretæ vt vult auctor Theatri Principum, quæ fuit filia Sanchij quinti Regis Nauarræ, qui primus deuictis Sarracenis auito Stemmati catenas, quibus infidelium castra vallata fuerant, inseruit. Notandum autem Hallanum in extremo vitæ Philippi Augusti & Be-

loium de domanij Francici vnione non intellexiſſe iſtius Proſapiæ ſeriem, dùm Ioannam, quæ fuit vxor Philippi Pulchri Regis Chriſtianiſſimi, Theobaldi minoris, (cuius fit mẽtio in hac epiſtola,) aſſerunt filiam. Iſta ſiquidem Henrico Craſſo Nauarræ Regi qui ſucceſſit Theobaldo hæres exſtitit, quæ collegium Nauarræ muſarum alumnis dedit Auguſtæ Pariſiorum.

Nati tui] Theobaldi minoris, cuius faſcibus ſuccurrit, quemadmodum Regina Blancha Ludouico pio, & Sereniſſima Regina Maria Medices Ludouico XIII. ſemper Auguſto, ob teneriorem ætatem, infirmiori ſceptro fidem præſtitere ex Senatuſconſulto Pariſienſi, quod poſtea edicto Regio approbatum, eiuſdemque formula actis curię ſacrata fuit.

Hominio ſiue homagio (hominatum dixit Yuo Carnutenſis) ab homine & Vaſſallo, cuius ſubmiſſionis ſiue obedientiæ ſolemni ritu (vt dicitur in homagio Ducis Britanniæ apud Ferrautum de iure regni priuil. 11. & Vignerium in Britannia) hominem ligium Regis Chriſtianiſſimi ſe conſtituebat, vt inf. epiſt. 7. lib. 16.

Iuramento firmata] per Deum vt in. 3. §. vlt. & l. 33. de iureiur. v. infra epiſt. 5. lib. 1.

EPISTOLA XII.

PER tuas] corrige & amplia ex hac epistola c. per tuas de probat. & adde epigraphen.

Concubinam] v. g. Græcum ἡ συζῶσα. Τὴν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νομίμως χωρὶς γάμου, de qua in l. 144. de verb. signific.

Conuersationem] consuetudinem l. 24. de ritu nupt. & §. vlt. de nuptiis apud Iustinianum.

Arrauit] tanquam legitimam vxorem, Hesychius in verbo Μνήστωρ τοῦ γάμου ἀῤῥαβὼν v. g. arra sponsio coniugalis, & Genes. 38. eadem vox עֵרָבוֹן vsurpatur, vbi 70. Interpretes ἐὰν δῷς ἀῤῥαβῶνα. Arratę & pactæ coniugis meminit, Achilles Tatius lib. 8. de amor. Leuc. & Clitoph. & toto tit. C. de sponsal. & arris sponsant.

Non standum] quoniam non valet iuramentum præstitum in præiudicium iuramenti superioris, vt ait glossa in c. venientis de iureiur. & mulieri, quæ præstito iuramento asseruit, aliquem in matrimonium consensisse, probationem aliam non habenti minimè creditur in c. mulieri eodem titulo.

Legitimas sanctiones] ius ciuile quod vocatur ius legitimum, quoniam à lege 12. Tabularum originem sumpsit, hinc legitimum ius Quiritum apud Tullium pro domo sua.

Vt quod] ex l. generaliter C. de non numer. pecun.

EPISTOLA XIII.

COMITI Leicestriæ] qui vxorem duxerat Eleonoram sororem Henrici III. Regis Angliæ, ex his restituo Bzouium 1212. §. 15. qui vult Comites Montisfortis & Leicestriæ census Sedis Apostolicæ à Volcis debitos misisse, sed dicendum esse Comitem Montisfortis & Leicestriæ. vnus enim & idem vt patet ex hac epistola.

Censum trium denariorum] Qui iampridem in desuetudinem abiit, ab eo tempore, quo Gallia Narbonensis regno Liliorum fasces subiecit, sub Imperio Philippi III. anno domini 1272. post obitum agnati ex Alphonso patruo, qui Ioannam Raymundi quinti siue iunioris filiam, vxorem duxerat, sub ea conditione, vt si sine liberis decederent, Lãtgotthia, siue Occitania, cæteræque prouinciæ ditioni Comitis Tolosani subditæ, re-

gno Christianissimo, iure accrescendi adiicerentur. quod itâ euenit vt patet ex Fastis Cõsularibus Tolosatum. Cùm enim feudum ad originem à qua fluxerat rediisset. (Siquidem à Carolo Magno Torsinus siue Tortinus feudo Galliarum nobilissimo inuestitus anno domini 778. postquàm aqua regenerationis intinctus est) eiusdem naturæ & qualitatis factum est, cuius censentur Regis Imperio subditæ nationes. Censum autem accipiemus hîc tributum capitis, qui viritim & ratione personæ per singula capita, siue vt ait Innocentius, pro vnaquaque domo præstatur, vt in l. cùm anteà de agric. & cens. lib. 11. C. non autem tributum soli pro modo iugerum, vt in l. immunitates C. e. t. Itaque hîc intelligitur capitatio, non vigatio, quæ obtinet in reditu annuo Ruparæ quarto à Diuione lapide, quam vulgo nuncupamus les Matroces de Rouure.

EPISTOLA XIV.

PHILIPPO] de quo suprà epist. 3. & infra epist. 8. lib. 14. regest. & epist. 1. lib. 16.

Proposito periur.] quod itâ euenit, etenim in fluuium proijci diuini nominis pejerato-

Digitized by Google

res ſanciuit, Hebræos regno expulit, Albigenſes deleri mandauit, & Hieroſolymitanæ expeditioni milites ſuos accinxit, Guaguinus in eius vita.

Regalia] iura ſcilicet, ſiue regalias, quas vt reſcribit Philippus 4. in ordinatione regia nos & noſtri prædeceſſores percipere conſueuimus & habere in aliquibus Eccleſiis regni noſtri, quandò eas vacare contingit, quę confirmata eſt à Ioanne anno domini 1351. in ordinat. reg. parte iij. veteris ſtyli Parlam. tit. 31. & ex locorum fundatione & antiqua conſuetudine iura huiuſmodi vindicantur c. generali §. qui autem de elect. in 6. & c. hinc 16. q. 1. & c. Hadrianus diſtinct. 63. v. infrà epiſt. 7. lib. 16.

Milites] quia deſertores exercitus regij, quod ex præſumptione nunquàm tentaſſent, niſi volentibus aut conniuentibus Epiſcopis contrà fidelitatis iuſiurandum quod ab initio Regi præſtiterant, ratione feudi, ſtola ad collum poſita, & manu ad pectus, Io. Ferrautus de iurib. reg. priuil. 10. noſque & alios Prælatos de regno, quorum quidam per homagium & fere omnes iuramento ſumus fidelitatis adſtricti, ad ius & honorem ipſius, & regni ſeruandum teneri ex Cod. MS. Sancti Victoris Pariſienſis in epiſtola Prælatorum

Franciæ ad Bonifacium Papam 8.

Senonensem] Quarta Lugdunensis Senonis super Icaniam in Auctuario Sigiberti, super quam prima Lugdunensis primatum obtinet.

Coëpiscopos] siue suffraganeos. c. hæc quippe 8.q.6. qui sunt intra Prouinciam Senonensem c.si quis 23.q.8. ad cuius iudicium omnes caussæ Episcoporum & Sacerdotum eiusdem Prouinciæ referuntur c. Scitote 6. q.3. & cui secundum Canones subiecti sunt in lege Longobard.c.de episc.& cleri.& Can. 25.Concil. Calchedon.

Regalia] quæ competunt Regi in diœcesi Senonēsi, Io. Ferrautus de iuribus regni priuil. 5. cuius ambitu Aurelianensis quondam & Altissiodorensis Episcopatus , de quibus quæstio, continentur.

Curiæ tuæ] Parlamenti Parisiensis, cuius iurisdictioni diœcesis,de quibus quæstio,subiacent. octo siquidem curiis supremis , quas Parlamenta vulgo nuncupamus, Gallia temperatur, quæ adinstar Præfecti Prætorio hodierna die , secundas partes , vt vtar verbis Cassiodori in Imperio tenent,sed omisso iudiciorum ordine primò ac per se de causis quando aliquod beneficium vacat in regalia cognoscere solet Curia Augustæ Parisiorum

parte 2.vet.ſty. Parlam.c. 3. ideò addidit Innocentius, ſicut in talibus fieri conſueuit, καὶ ἀπὸ τῶν ἀναβασμῶν τούτων οἱ συνιόντες τῶν Φωκέων καθέζονται. apud Phocenſes ex Pauſ. in Phocaicis, & magiſtri Cameræ Parlamenti vocantur à Ioan. Fabro in l. fin. C.de legibus.

Regnum & ſacerdotium] quæ ſunt à Deo & tanquam frater & ſoror, Bartolus Nouella 6.in principio,& duo ſunt, quibus principaliter hic mundus regitur , auctoritas ſumma Pontificum , & Regalis poteſtas. c. duo ſunt diſtinct. 86. in quibus perſonis ſicut ordine ſunt diuiſa vocabula,ità & in vnaquáque profeſſione ordinationum officia , Hincmarus epiſt. 4.c.1. & c. ſolitæ §. prætereà de Maior. & obedient.





AD LIBRVM XIV. REGESTORVM INNOcentij tertij Pontif. Max.

EPISTOLA I.



Asil.] suffraganeo Archiepiscopi Bizuntinensis.

Constantiensis] prouincialis Archiepiscopi Moguntini.

Præpositus] qui administrationi rerum temporalium incumbit ex antiqua decretali c. Saluator 1.q.3. & primus ab Episcopo censetur lib.1.feud. tit.1. Vbi vide Cujacium.

Stallum] in choro & locum in capitulo c. dilecto de præl. & dignit. Stalla itaque legendum apud Petrum Vall. Sarn. c. 16.Hist. Albig. vbi Camuzatius perperàm restituit perystilia, & Sorbinus in periphrasi Gallic-

eiusdem historiæ, stabula vertit.

Aduocati] sub animæ perditione Canonicos aduocare debuit c. constitutis. de appellat.

Illius ætatis] triginta annorum ex Concilio Lateranensi c. 98. de pactis secundo & c. quicumque distinct. 77. & c. cum in cunctis de election. & §. 2. ordinationis Blesensis.

A maiori & saniori] d. c. constitutis & c. dudùm de elect. in quibus continentur decreta Innocentij nostri super electione Præpositi, quæ elucidantur ex contextu huius Epistolæ. vide infrà epistolam 2.

EPISTOLA II.

NE aliquis] c. 1. & c. quod quibusdam de fideiuss. quod desumptum est vt hæc epistola ex Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. c. 59. de fideiussion.

Sine consensu] qui est requirendus. c. Pastoralis de donat. sine quo Abbatis gesta non obtinent firmitatem c. ea noscitur. de his quæ fiunt à Præ. sine &c.

Manifestam.] vt in pupillo cui meliorem conditionem facere licet sine Tutoris auctoritate, deteriorem verò minimè §. 1. de au-

ctor Tut. apud Iustini. & Ecclesia more minoris debet semper illæsa seruari c. 1. de restit. in integ. ideoque pari beneficio adiuuatur c. auditis eod. tit.

EPISTOLA III.

ALETANDRO] Papa tertio.

Indulgemus] vt Episcopis & aliis qui nullam vllatenùs ipso iure incurrunt sententiam excommunicationis, nisi in ipsa de iisdem expressa mentio habeatur, in c. quia periculosum de Sentent. excommunic. in 6. & c. quod in te de pœnit. & remiss. secundum quæ rescribit Innocentius in hac epistola.

EPISTOLA IV.

PETRO] secundo filio Alfonsi secundi, de quo infrà lib. 15. epist. 13.

Donationis] ex lege quam nobilitas imponit c. 1. de donation.

Aetatis] c. ex præsentia §. præterea de probat.

In expugnando] secus tamen euenit, alligatus enim vinculo excommunicationis & pra-

uitatem Albigensium sectatus propè Murellum (rectius Muretum) quæ est ciuitas Conuenarum, occubuit in exercitu Comitis Tolosani, Petrus Vallis Sarn. c.72. aduersus quē armata vi manus conferentem (sed malè) describit Tarafa de reg. Hispan. in Alfonso 9.

Illicitè] propter lubricum ætatis l. vlt. C. de filiof. min. in tantum, vt etiam donatio facta matri, non valeat ex SC. 13. Martij 1594. propugnante Ioanne Bury in Ecclesia Niuernensi Canonico aduersus Philibertum Catin, cui beneuolo animi affectu, in teneræ ætatis nimis facili & procliui assensu, bona & substantiam patris dederat. Exceptiones tamen adhibe ad dictam regulam, nec enim minor aduersùs minorem aut vniuersitatem in integrum restituitur, & mulctæ æremodicij subiicitur SC. 16. Maij 1611. ex cuius decreto Cancellariç Præfectus diplomata regia in hac parte imposterum largiri prohibetur; sed in continenti & ex apposito in sacro Senatoriæ amplitudinis auditorio palàm sancitum fuit tutorem & curatorem à pupillo & minore in eadem hypothesi iure optimo actione subsidiaria rectè posse conueniri.

Per Ecclesiæ Iud.] argumento ducto ex rubricâ C. vbi & apud quem cog. in integ. restit. agitanda sit.

EPISTOLA V.

LINGONENSI] Duci & Pari Franciæ, Prouinciali Archiepiscopi Lugdunensis, de quo in C. cum capella de priuileg. & passim in decreto Gratiani.

Duci Burgundiæ] Otthoni siue Odoni 4. de quo infrà lib.15. epist.12.

Abbatis] Quis ille fuerit non facilè dignosci potest in Chronico Sancti Benigni Diuionensis cuius series anno domini 1212. (quo Innocentius hanc rescripsit epistolam) exspirat in Abbatum elogiis; sic, regnante Roberto Rege Christianissimo, Maiolo Abbati Cluniacensi à Brunone Pontifice Lingonensi suggestum est, vt monasterium egregium martyris Benigni iuxta Diuionense castrum, ad reintegrandum diuini cultus ordinem, qui in eodem loco omnino defecerat, susciperet, qui beato Vvillelmo anno domini 1055. dulci Imperio paternam ouilis Christi curam commisit ex vet. Cod. MS. S. Benigni.

S. Benigni] Burgundionum Apostoli in C. MS. vitæ B. Gregorij Episcopi Lingonensis, cuius templum Guntrannus Clotarij

filius, eorumdem Rex, liberaliſſimè auxit, Vignerius in biblioth. hiſtor. anno domini 566.

Obedientiarum] ſiue adminiſtrationum vt in Clement. 1. de ſupl. neg. præl. vel officiorum c. cum ſingula de præb. & dignit. in 6. que nulli conferri poſſunt; niſi expreſsè profeſſus fuerit ordinem monachalem, Clem. 1. ne in agro §. ſanè de ſtatu Monach. & religioſis idoneis aſſignari debent in Pragmatica Sanctione de Collat. §. illi verò Rebuffus de Nominat. q. 15. n. 13. quoniam, vt Abbas debent monachari c. cùm ad noſtram de electiõn. vt monaſteriorum vtilitatibus præpoſiti ſint in C. MS. vitæ B. Guillelmi Abbatis S. Benigni, & adhuc obedientiæ vocabuli vis in Eremo Allobrogum eodem ſenſu vſurpatur.

Soluerentur] vt in c. cùm ad noſtram de iureiur. fructus ſiquidem imputantur in ſortem, non autem cedunt lucro creditoris iure Pontificio, in vicem vſurarum, vt in ἀντιχρήσει. quæ iure ciuili comprobata l. ſi ea lege C. de vſuris. Vv. GG. Labbæi ex Baſil. ἀντίχρησις ἡ ὑπὸ τοῦ ἐνεχοειασθέντος ἀγροῦ καρπῶν, ὑπὲρ τούτων ἀνάληψις, vbi lege ἐνεχυειασθέντος, & ὑπὲρ τόκου. j. ſuper legitimum modum vſuræ.

Monachis] qui à nobili proſapiâ, vt mo-

naſterio

nasterio S. Benigni libertatis Christianæ gratia mancipentur, originem ducere debent; ideò subiungit [honestè] vt honesto loco natos decet, inter quos (illud per transenam subiiciam) Vvalisdaüs Dux Albus Cazimiri & Vvalisdai Poloniæ Regum, proximus agnatus Dei Opt. Max. misericordiam in solitudinis aula ambiuit, dein à principibus in imperium accitus in æde S. Benigni voti reus sepeliri voluit, vt patet ex Chrônico eiusdem Cœnobij & titulo sepulcri. Cromerus lib. 13. Polon. in Ludouico, & in oratione ad Gallos & Sarmatas, quæ in calce libri reperitur.

Potestate tradita] à Rege Christianissimo, cuius imperio hominem ligium se, & successores ex iure Coronæ regiæ deuouerat. Ideò post obitum Caroli, feudum deficientibus masculis domanio, reique priuatæ Principis, à quo fluxerat, ex lege Salica redeundo, accreuit. Cæterum potestatem hic accipe publicum auxilium, de quo in c. 1. de offic. iud. ordin. siue inuocationem brachij sæcularis apud Aerod. lib. 1. c. 11. in ∞. ex constitutione Henrici III. 1580. §. 24. Nam priuilegium clerici cessat in crimine, de quo extra ordinem fit quæstio c. 6. de homic. in 6. sic publica iudicia in Concil. Tolet. c. 5. dicuntur iurisdictiones magistratus sæcularis quæ di-

M

uersæ sunt ab Ecclesiasticis cognitionibus c. placuit 11. q.1. vide Decisiones Capellæ Tolos.q. 162. & infra epist.2. lib.16.

EPISTOLA VI.

ARELATENSI] qui olim primas & Ε῎ξαρχος Galliarum, cùm Flauius Constantinus (qui etiam nomen vrbi dedit) Galliarũ septem prouincias vi armorũ sibi vindicauit apud Hincmarum epist.6.c.17. & eiusdem priuilegia confirmantur à Symmacho Papa, epist. ad Cæsarium Arelatensem Episcopum, & à beato Gregorio epist. ad Vergilium. Ideò vocat vnum Primatem Gallicanũ idem Hincm. in ead: epist. c.16. cùm in Cisalpinis Prouinciis, delegatio vice Sedis Apostolicæ, propter Simoniacam hæresim fuit exorta c. 17. eiusdem epist. Fuit & posteriori sæculo vrbs regia dicta Nauclerus vol.1. Gener. 62. Arelatum Burgundiæ regni caput. vide Iosephum Scaligerum Auson. lect. lib. 1. c. 24.

R.] Raymundus, de quo lib.13. epist.9. & epist. 6. lib.15.

Sterilitatis] quæ vsuras reddidit, dùm post obitum Ioannæ Richardi 1. Regis An-

glorum germanæ, Eleonora Petri 2. Aragonum Regis, Raymundum, qui posteà iunior dictus est, cælo pœnitentiam suadente procreauit, vt patet ex Fastis consularibus Tolosatum, Marinus lib 10. de reb. Hisp. in Alfonso 2.

Promissa] dùm Albigenses protegit, quorum memoriam monet Innocentius lib. 13. epist. 9. v. Petrum Vall. Sarn. c. 39.

Vticensi] suffraganeo Archiepiscopi Narbonensis.

Cisterc. Abb.] Arnaudo siue Arnaldo, idem Petrus Vall. Sarn. c. 5. qui posteà Narbonensis Archiepiscopus apud eundem c. 60. vide infrà lib. 15. epist. 6. & lib. 16. ep. 5.

EPISTOLA VII.

VVvalisdao] sputatori Cromerus lib. 7. Polon. in Lesco Albo.

Odonis] siue Otthonis Ducis Pomeraniæ, cuius dominiũ exploso patre Miesislao sene sibi vindicauerat, Cazimiri partes sequutus. Porrò Ducem Poloniæ vocat Innocentius, quia Pomerania maior Pannonia dicitur à Cromero ibidem & lib. 6. in Cazimiro.

Dinoscens] dispari consilio patrui sui Vva-

lisdai Magni, siue Losconogi, qui Dei templa vi armata conculcauerat.

B. Petri & nostra] malè igitur Bzouius qui in Honorio 3. 1218. §. 6. vult eundem Pontificem, Ladislaum dic. Vvalisdaum Sputatorem Ducem & Ecclesiam Calistiēsem in Polonia 10. Kal. Iunij sub protectione B. Petri suscepisse, sed aliter sensisset eruditus vir si forte magistra Epistolæ istius contextum legisset. Hæc enim gesta fuere anno domini 1212. Innoc. Pontificatus anno 14.

EPISTOLA VIII.

SENONENSI] de quo lib. 13. epist. 14. quam vide ad interpretationem huius epistolæ, & epist. 1. lib. 16.

In cuius oculis] nihil ignorat c. 11. de iudiciis.

Progenitorum] Pippini & Caroli Magni, qui orthodoxus Imperator in tumuli inscriptione ex Chron. S. Benigni Diuionensis dicitur; adde Robertum & alios qui regiæ munificentiæ liberalitate S. R. E. imperium auxere, vide lib. 16. epist. 2. & Ferrautum de iuribus regni priuil. 2. c. Hadrianus c. in Synodo 63. distinct.

Gaudent] quamuis priuilegij metas trãſgredi non liceat,c. porrò de priuilegiis, quoniam lex priua. 1. de priuato lata apud Gellium lib.10. Noct. Attic. c. 20. imò nec priuati regni metas excedit ex S. C. aduerſus vnum aut alterum Heluetiorum,quorum limite Bernenſi Senatus Auguſti purpurata iuriſdictio terminatur. Abnuebant ſiquidem in ſuprema curia conteſtari, quod Apoſtolicam Romanæ Eccleſiæ religionem non ſectarentur, ideoque priuilegio ſociorum; qui Regis imperio famulari gloriantur,fori præſcriptionem proponebant,ſed publicè pro tribunali liliato, eo quod in iudicio ex citationis libello non ſtetiſſent, contumacia notati ſunt,patronoque eorumdem in excuſationis allegatione, atteſtatio coràm omnibus conceſſa fuit 9. Iulij 1609. Cæterùm animaduerte ex hac epiſtola, vbi maius conceditur priuilegium,minus conceſſum videri c. ex parte 27. de decimis, & ibidem gloſſa. Quod ſi domus auguſta priuilegio gaudet toto tit. de priuileg. dom. aug. lib. 12. Cod. Eccleſia parem titulum immunitatis conſequetur,quem Trajani noſtri Chriſtianiſſimi eidem iamdudùm conceſſere.

Conſuetudine regni ſui] quæ dicitur ius non ſcriptum ἄγραφοι νόμοι τὰ ἔθη apud Schol.

Thucydidis in illa verba Periclis καὶ ὅσοι ἀδελφοὶ ὄντες αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσι, ius consensu & moribus καὶ τῇ σιγῶν νομοθεσίᾳ receptum, Theophilus §. 1. de officio iudicis apud Iustinian.

Sine iudicio] malo more aliquem interpretationem adulteram iuris municipulis Innocentio suggessisse patet ex illis verbis [sicut accepimus] Nam si subiiciamus Philippum regni consuetudini, ex eiusdem formula, ritè & iure optimo sine iudicis auctoritate feudum prehendere potuit, ratione directi dominij, cuius intentionem habet fundatam in re. 1. in vniuerso regno; feudorumque omnium est dominus directus vt ipse, ideoque proprietatem dominij habet per vassallum (sicut cæteri feudi domini) cùm is possideat, cuius nomine quid possidetur, argumento ducto à filiofamiliàs & seruo, quorum nomine pater & dominus possidere dicuntur l. 24. quod seruus de acquir. vel omitt. poss. quæ non tantùm est corporis, quod remanet penes vassallum, sed etiam iuris & directi dominij in hac specie, cuius illibatum imperium sibi dominus feudi retinuit l. ait prætor §. vlt. de precario. Plurimum enim ex iure possessio mutuatur l. possessio 49. de acquir. vel omitt. possess. sed & iure communi idem præstare potuit, cùm prehendens nullum iudicium exerceat, sed suo iure vtatur argumento l. 1.

C. si seruus export. væn. Etenim via facti. 1. extra iudicium concepta iure suo vtenti conceditur apud Chass. in consuet. Burg. §. 1 & vlt. de feudis. Masuerius in praxi de feudis §. 1. deindè agit coram iudice, ex constitutione regia Philippi 4. de feudis & Caroli 9. anno domini 1563. §. 11. cuius sententia decernitur, an benè vel malè, prehensio siue feudi vindicatio facta fuerit. Lucius Plac. tit. 5. c. 1. quæ omnia ordine iudiciario in suprema curia processere, cùm nobilis vir Gaspardus Lourdinus de Saligny ratione castri Sancti Ioannis in Comitatu Cadrolensi siti experiebatur aduersus Theophilam du Bois mense Decembri anno domini 1613. nam etiamsi in iure municipali Burgundiæ, præscriptis verbis non concipiatur feudi prehensio, tamen ab emphyteusi ad feudum argumento ducto obtinet, vtpotè, quæ dominum directum priuatiuè spectet, in tantùm vt ab eodem cedi, & tãquàm priuatum commodum domini transferri aliquo titulo possit, quicquid sentiat interpres consuetudinis Parisiensis §. 1. glossa 1. in verbo *le Seigneur* n. 34. secùs in iure gentilitij retractus, ex S. C. xv. Iunij 1607. quia proximus agnatus læditur ex iure municipali, cuius religio in hac parte aduersatur iuri communi vulgata l.

dudùm C. de contrah. empt.

Saisiri.] Prehensionem, saisinam vocat.

Baronibus] Proceribus Franciæ, plures etiam optimates & Barones congregari fecit Aymonius lib. 5. de Gestis Francorum c. 53. v. Boërium in consuetud. Biturig. & iurisd. omni iud. §. 3. glos. 3.

Emenda] 60. librarum Parisiensium si super appellationis caussa Episcopi non obtinuissent ex præscripto constitutionis regiæ §. 4. parte 1. vet. St. Parlam. tit. de appell. & emenda, vel si vadimonio contracto in iudicio dicta die non stetissent, tunc enim æremodicij vinculo adstricti fuissent. Huiusmodi autem mulctas, fructus iurisdictionis vocat Baldus l. 1. C. de fruct. & litium exp. Tacitus 14. Annal. c. 10. auxitque Patrum honorem statuendo, vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocassent, eiusdem pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui imperium appellauere. nam anteà, mulcta pecuniaria nequaquàm irrogata temerè appellantibus reperitur: quod iustus Lipsius non animaduertit, dùm in genere, loco suprà citato, de appellationibus tractat.

Timiditatem] quæ à cunabulis Regni florentissimi damnata est, vt libertatem seu frãchisiam, quæ eidem Franciæ nomen impo-

fuit, oculis & ſinu exoſcularetur.

Remiſſione] quam diligentiſſimi Eccleſiæ Gallicanæ Patres ingenuâ virilis animi ſanctitate fulti, à negotiis quæ ſæpiùs, Reipublicæ Chriſtianæ incremento, aggreſſi ſunt, totis viribus abdicarunt, ità vt de vigore & ſollicitudine, debitæ laudis elogio à Pontif. Max. commendentur.

EPISTOLA IX.

ANTIOCHENO] Rodulpho 2. ex Genebrardi Chronologia; alteri Patriarcharum Orientis. Primus ſiquidem Conſtantinopolitanus, ſecundus Hieroſolymitanus, tertius Alexandrinus, quartus Antiochenus in Synodo Conſtantinopolitana 1. licet in Concilio Nicæno, primus Euſtathius Antiochenus, Macariũ Hieroſolymitanum præcedat in ſynopſi οἰκουμενικῶν Συνόδων, cui ſubſcripſit Innocentius noſter in Concilio Lateranenſi c.5. vbi tertium pariter locum obtinet Antiochenus Patriarcha.

Guerras] quoniam in luctuoſo belli examine diminutæ fuerunt, ideò dantur in emphyteuſim perpetuam vt in c. hoc ius §. perpetua 10. q. 2. vel hereditario iure ſub annuo

censu tenendæ c. ad aures 7. de rebus Eccles. alienand. quæ exceptio firmat regulam in c. nulli, eodem titulo, vbi lege condictionem ex specie c. 9. ad audientiam eod. tit. quicquid Cujacius deleri censeat ad interpretationem eiusdem capitis.

Capituli consens.] iisdem ferè verbis rescribit Celestinus Papa tertius in c. vt super §. vltimo eod. tit. vide librum 1. Constitutionum Venetarum c.1.& seqq.& suprà Epistolã 2. huius libri, & infrà Epist. 1. lib. 15. Regest.

EPISTOLA X.

O] Otthonis quarti Imperatoris, quem Innocẽtius anathemate feriit certis de causis, quas videre licet apud Pãdulfum Collenutium histor. Neapol. lib. 4. Fazellum de rebus Siculis poster. decad. lib. 8. cap. 2. & tandem profligatus fuit à Philippo Augusto Rege Christianissimo relictâ imperatoriâ Aquilâ apud Guaguinum lib. 6.

Incurrerint] ex c. cùm desideres de sent. excommun. adhibenda tamen distinctio ex c. sciens de his quæ vi metusue causâ fiunt.

Patrimos] ex c. venerabili 52. de sentent. excommun. τὰ νομιζόμενα τῶν νεκρῶν (vt est in V.

Gloſſario) intelligit , ϗ τὰ περὶ τοὺς ἀποθανόντας ὅσια apud Plutarchum in Numâ.

Tumulari] quoniam cœmeterij aditus religioſus c. conſuluiſti de conſec. Eccl. vel altaris & toto tit. de reliq. & ſumpt. funer. tunc geminæ aræ Hectoreum ad tumulum 3. Aeneid. Vv. GG. Iſidori Arcæ mortuorum puluinaria , lego Aræ , ϗ βωμοὶ ἀνιδρυμένοι τοῖς νεκροῖς apud Artemid. in ὀνειρ ideò locus cuius religioni cineres fidelium vſque ad nouiſſimum diem commendantur , excommunicationi ſubditis intercluditur , argumento ducto ex c. ſicut Apoſtoli 11. q. 3. & Fabius Papa in decreto qui non deb. admi. ad recuſand. idem reſcribit. Vide infrà epiſt. 2. lib. 16.

Ad hoc autem] c. 11. non eſt de ſponſal. & matrim. ad cuius interpretationem Matthęus Pariſienſis in Ioanne Rege. Ceſſarunt in Angliâ omnia Eccleſiaſtica Sacramenta, præter confeſſionem & viaticum in vltima neceſſitate, & baptiſma paruulorum, quod euenit ſub Alexandro Papa 3. dicto c. non eſt, quæ exceptio cuilibet cenſuræ Eccleſiaſticæ ſubnectitur c. reſponſo , de ſentent. excommunicat.

Sacramentum neceſſitatis] neceſſarium eſt viſibile Sacramentum aquæ c. 1. diſtinct. 4. de conſecrat. & lex tinguendi impoſita ob-

ſtrinxit fidem ad baptiſmi neceſſitatem, Tertull. de baptiſ. c. 13.

EPISTOLA XI.

HERACLIENSI] qui μητροπολίτης πρόεδρος καὶ ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος τῆς πάσης Θρᾳκῆς καὶ Μακεδονίας dicitur in veteri epiſtolæ ſubſcriptione apud Cruſium in Turcogræcia lib. 4.

Sanctæ Sophiæ] de quo proxima Epiſtola.

Bertoldus] alter procerum qui in expeditione Conſtantinopolitana Bonifacium Marchionem Montisferrati comitati fuerant.

Nobilis mulier] Maria Pannonia, de qua ſuperiori libro epiſt. 2.

Montisferrati] Bonifacij 3. Marchionis 8. vide eandem epiſtol.

EPISTOLA XII.

S. Sophiæ] Quæ à Crutio lib. 1. Turcogr. ἐπίγειος οὐρανὸς, καὶ ἡ νέα Σιὼν, καὶ τὸ ἄγαλμα τῶν ἐκκλησίων appellatur.

S.] Thomæ Mauroceno Veneto, de quo ſuperiori lib. epiſtol. prima.

P.] Petrum tit. ſancti Marcelli Cardinalem quondam Apoſtolicæ Sedis legatum in Conſtantinopolitani Patriarchæ Curia, ad quem reſcribit Innocentius in c.ad decorem de inſtitut. vide ſuperiori libro epiſtolam primam.

Canonicæ] c. in Geneſi & ſeqq. de electione.





AD LIBRVM XV.

REGESTORVM INNOCENTIJ TERTIJ PONTIF. MAX.

EPISTOLA I.



INGONENSI] vide supra lib. 14. epist. 5.

Plenitudine potestatis] c. proposuit de concess. præb. Rebuffus in Concord. de regia nominati. §. 1. in verbo plenitudinis.

Sine assensu] vt supra lib. 14. epist. 2. & 9. Exceptio tamen datur in c. Terrulas satis superque in foro decantato 12. q. 2. & si bona non sunt diuisa aut distincta Decis. Cap. Tolos. q. 79.

Digitized by Google

EPISTOLA II.

LAVDVNENSIBVS] Ecclesiæ Laudunensis suffraganeæ diœceseos Rhemensis.

Olim] corrige ex formula huius epistolæ titulum & seriem c.olim de rescript.

Diem & locum] quæ pertinent ad personam, & sunt diligenter attendenda c. Abbate §. præfatus de sentent. & re iudic.

Ex litteris radens] vbi scilicet annotatio temporis recensetur c.cum venerabilis de relig.dom.in annotatione indictionis c.inter dilectos §.sed contra de fide instrum. dies enim & consul, vt hodie indictio instrumentis adiiciebatur, quæ materiam falso fabricando instruere potest l. tabularum §. diem quemad. testam. aperi.

Ipsi ei] falsò nomen inscribens vt in l. Titio ad Municip.& falsò allegans vt in l.si prætor §. Marcellus de iudic. Aufrer. ad Decis. Cap. Tolos. q. 423.

Sequestratos] vt restituantur ei qui finalem in caussa victoriam obtinuerit, Clem. vnica de sequestrati poss.& fruct.

Scrupulo] suspicione c. in conscientia de crimine falsi cùm litteris bullatis aliquid per

rasuram immutatum sit c. licet eod. tit. propter superlinearem scripturam & rasuram in loco suspecto factam d. c. venerabilis vt in rescripto Pauli quinti Pontif. Max. concesso Carolæ de Gelan moniali ad illa verba v. Kal. Aug. quæ litteris Gallicis non Romanis exarata legebantur, ideoque nobilis Perona de Gelan SC. germanam vicit 13. Augusti 1613. quæ bonorum partem petebat.

Idoneos] ex l. iudices l. cum quidam C. de fide instrum. & l. vbi D. eod. tit. vide infra lib. 16. epist. nona.

Sufficiat] c. ad falsariorum de crimine falsi, Guymierius in compend. benefic. expressit n. 53. Rebuffus de pacif. possess. n. 204.

Falsitatem] ex qua deprehendi possit immutatio veritatis, dolus, & damni illatio.

Assignanda] cùm & priuilegia in propositionibus (sic legendum ex V. MS. Sancti Benigni Diuionensis non possessionibus,) abradantur, & litteræ in narratione facti, (si error interuenerit,) possint incũctanter abradi c. ex litteris de fide instrument. vbi vide glossam, vel vt dicitur in dicto c. ex conscientia, quoniam paucarum litterarum rasuræ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debent.

EPISTO-

EPISTOLA III.

BITVRICENSI] Auaricensi qui regit in spiritualibus BiturigasCubos,sicut Burdegalensis Biturigas Viuiscos non villicos vt vult Cujac. ad c. vlt. de dilation. qui οὐιβίσκοι à Ptolomeo,& Viuisca gẽs ab Auson.in Mosella dicuntur. Ex hac epistola patet quo tempore inchoata fuerit lis inter eosdem Archiepiscopos super iure Primatiæ, quæ deinde contestata fuit, non cœpta, vt vult ibidem Cujacius, sedẽte Gregorio Papa nono anno Domini 1226. vbi decretum eiusdem Pontificis super haç quæstione continetur, sed adhuc incertæ litis exitus sententiæ religiosam fidem desiderat. Atque hæc quidem ab Archiepiscopo Bituricensi coram Pontif. Max. dici possunt, olim Viuiscos Biturigum Cuborum fuisse Coloniam; μόνον γὰρ δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων ἔθνος ἐν τοῖς Ακουϊταινοῖς ἀλλόφυλον καὶ οὐ συντελῶ αὐτοῖς apud Strabon. lib. 4. Deinde cùm Aquitania triplex fuerit ex itinerario Antonini, & Biturigum ciuitas primæ Aquitaniæ sit Metropolis, Prima caput Biturix, Aquitaniam secundam & Nouempopulaniam, quæ tertia est Aquitania, & Metropolitas earũdem Pri-

mati suo subiici debere ex c. nulli c. prouinciarum distinct.99. adinstar Patriarchæ Lugdunensis qui primæ sedis Pontifex Primatum super quatuor Lugdunenses per annorum longa curricula obtinuisse dignoscitur; subnectit non insolitò sibi Patriarchæ nomen dari, cùm Nicolaus Papa secundum Nicænas regulas Sigedodum Narbonensem Archiepiscopum sibi Patriarchæ subiiciat c. conquestus 9.q.3. & Boërius de auctor. mag. consil. n. 52. & 53. solum Archiepiscopum Bituricensem Patriarcham & Primatem Galliarum vocari iure optimo posse protestatus sit.

Huius actionis molimina in hunc modum, exceptionis adminiculo elidere tentat Burdegalēsis Archiepiscopus. Ciuitatem cuius Ecclesiæ præest, licet colonia fuerit, eiusdem iuris censeri potuisse, ac Biturigum; quæ sibi priuilegia & ornamenta sicuti Roma Constantinopoli & aliis ciuitatibus dare debuit l. 1. de iure Ital. vrb. Constantinopol. C. Theod. l. 1. C. de priuil. vrbis Constantinop. l. 1. 6. & 7. de censibus, καὶ τὴν νέαν Ἰουστινιανὴν πόλιν ἔχειν τὸ δίκαιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως in Concil. Ephes. c. 39. 6. in Trullo. Nec obstat denominatio facta à Nicolao Papa, nec decisio Boërij, cùm in dicto c. conquestus suæ sedis mentio facta non fuerit, & res inter alios acta nemini

nocere debeat, Boëriique decisio solo παραδόξῳ non rei veritate aut Senatusconsulti auctoritate nitatur; Postremò libera voce sibi hanc epistolam minimè obesse profitetur, vtpote quæ priuati & alterius præsulis Burdegalensis abdicationem ad tempus prę se ferat, licèt cõfirmatio super iure Primatiæ (de qua quęstio) vires suas non commiserit. Quæ omnia perturbato naturæ ordine præcepit Innocentius 3. in hac epistola & lib. 16. epist. 6. & Gregorius nonus in dicto c. vlt. de dilation. & c. venerabilis de dolo & contum. & in c. humilis de maiorit. & obedient. sicuti Honorius tertius controuersiam de Primatis inter Toletanum & Bracharienſem Archiepiscopos in Hispania c. coram de restit. in integ. Pontif. opt. max. Vrbani 8. iudicio examinanda reliquere, ac tandem aliquandò decidenda est quæstio ex vestigiis Alexandri Papæ tertij, qui, dùm Canthuariensis & Eboracensis Archiepiscopi sibi Primatũ Anglię vindicarent, prohibitionis litteras ad petitionem Canthuariensis (qui Primatum obtinuit) Eboracensi direxit c. 1. vt lite pendente nihil innouetur; vt scilicet sacræ πολιτείας ordo Ecclesiasticus ritè seruetur. Nec enim in eadem Prouincia plures Patriarchæ, vt Metropolitæ constitui debent, sed vnus ἔξαρχος διοικήσεως ex

Concil. Calched. c. 9. & 17. Nam & olim (si sacra Christianorum ritibus irreligiosis contaminare datũ est) sacrificuli dæmonum, qui æmulationis desiderio Dei spõsã suspiciebãt, ἀρχιερέα habuere vt patet ex V. I. Diuionensi.

Μίτρας ἐνδοργάδη χῶμα τὸ σῶμα καλύπτει.

Χονδόνακτος ἱερέων ἀρχηγὸς, δυσσεβὴς ἀπέχου, &c.

Quòd si quis adstruat plures Primates dari ex Euagrio histor. Eccles. lib. 4. c. 11. τοὺς τῶν πόλεων Ἐπισκόπους τοῖς ἰδίοις Ἐξάρχοις ὑπεῖξε. Respondeo Metropolitanos vt loquar cum Hincmaro epist. 6. c. 5. Primates multoties in sacris canonibus appellari, vt in c. 1. & 7. 9. q. 3. Metropolitanus Primatis curam suscipit, & in l. decernimus C. de sacros. Eccles. priuilegium Metropolitanum vel Patriarchicum dicitur, secundũ quæ elegãter Zonaras ad dictũ can. τινὲς μὲν οὖν ἐξάρχους τῶν διοικήσεων, τοὺς Πατριάρχας εἶναι φασὶν, ἄλλοι δὲ τοὺς Μετροπολίτας. nec dicendum Patriarchas siue Primates in Ecclesia Orientali eiusdem dignitatis fuisse qua pollebant Metropolitani in Ecclesia Africana. si quidẽ hęc Πρωτεύοντας suos & Primates vt Numidia & Mauritania sitifentis in cod. Can. Eccles. Afric. c. 17. & Μητροπολίτας distinctos habuit, quibus Ἐπισκόποις φανερώτατα ἔπεμψαν in epistola eiusdem Concilij ad Cælestinum Papam 1. Dicamus igitur plurium imperio, vnius potesta-

tem præferri debere. Vt enim Lugdunensis sub quo Cõcilium Matisconense celebratum c.20. eiusdem in quatuor Lugdunenses (adde Maximam Sequanorum) quas olim solus Proconsul administrabat, Primatum habet: sic & vnus Primas Biturigum exploso altero in triplici Aquitania constitui debet vt ad similitudinem Patriarchæ Antiocheni τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως ἐξάρχου omisso Thoma qui dicitur Tyri πρωτόθρονος c.14. Concil. Calched. à Metropolitis solus Patriarcha conueniatur, & ab eodem formatæ & dimissoriæ τετυπωμένας καὶ συστατικὰ triplici Aquitania petantur.

Auctoritate] c. si Episcopus 18. q. 2.

Suspendendo] c. si quis & seqq. ead. distinct.

Concilium] Prouinciale c. sicut olim de accus. & denunciat. quod placet per singulas Prouincias bis in anno fieri propter Ecclesiæ caussas & altercationum solutiones c. propter 18. distinct. καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ κατ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι. ex Concilio Nicæno c. 5. & c. 9. Concilij Antiocheni. Quoniam non oportet negare audientiam roganti c. si Episcopus 11. q. 2. sed in Gallia per triẽnij spatium solum indicitur ex ordinatione regia Blesensi c. 10. & 14. secundũ ea quæ dicuntur c. in singulis de statu monach.

Fratrum nostrorum] Narbonensis ex dicto c. conquestus 9.q.3. qui sub Imperio Vvisigotthorum Toletani Archiepiscopi conciliis ex mandato cum suffraganeis interfuit c. inter 10.q.3. ex Conc. Tolet. Nigerius Narbonensis Metropolitanus cum Prouincialibus subscripsit, ità vt pudere eum non debeat si Bituricensi Archiepiscopo vero ac legitimo Primati morem gerat, Tolosanum quoque antistitem Fratrum nomine contineri putarim, cui ius Metropolitæ dedit Iohannes Papa 22, cùm antea suffraganeus esset Archiepiscopi Narbonensis. Nam in beneficiis diuisis habet quis eadem iura, quæ habebat in integris, Franc. de Pauinis apostilla in extrauag. ad Apostolatus: Continebantur & Metropolitæ secundæ Narbonensis & Augustæ Ausciorum in Nouempopulania seu tertia Aquitania, sub qua, non sub secūda vt in chronico Isidori, Tolosam primæua ætate Ecclesiæ comprehensam fuisse comperimus ex Seuero Sulpitio Archiepiscopo Biturīcēsi: Verba facturus coram vobis Aquitanis mundis & politis in Homilia ad Tolosates, qui etiam mundi vsque in hunc diem ἰδίῳ τρόπῳ appellātur. Quibus Metropolitis addo eorumdem suffraganeos in prima & secunda, (quæ curta & longa Aquitania dicebatur) & in Nouempopulania opere & verbo docentes.

EPISTOLA IV.

ATHENIENSI] Michaëlis Choniatæ, qui temporibus Innocentij 3. Athenarum ſummus paſtor erat apud Nicetam Choniatem de Imperio Balduini, qui eundem fratrẽ vocat. Sic in epiſt. 39. apud Cruſium lib. 4. Turcogr. Athenarum Metropolita Nicanor dicitur, Ariſtides orat. in Herculem, Ἀθῆναι πόλις καὶ ἡ πρεσβυτάτη τῶν Ἑλληνίδων, καὶ τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἡγέμων.

Nigri pontis] maris Euxini in quo plures inſulæ.

Cauſſa] ex c. nemo 11. q. 3. & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conſpectu, Tertull. in Apolog. c. 38.

Sententiam] qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt c. corripiantur 34. q. 3. ſummique futuri iudicij præiudicium vocat ibid. Tertullianus.

EPISTOLA V.

VIVENTE viro] c. relatum 51. q. 1.

Fidem] plenam triſtiſſimi & periculoſi euentus lib. vlt. c. de pactis.

Machinatam]c.si quis,ead.caussa,& quæst. & in c. veneris de eo qui duxit in matri.

Liberam facultatem]ex c. denique 31.q.1. vbi ex Vatic. C MS. optimæ notæ delenda particula negatiua, non ex mente Gratiani vt vult Cujacius ad c.1. de eo qui duxit in matrimon.

EPISTOLA VI.

VTICENSI] suffraganeo Narbon. Archiepiscopi Narbonensi electo] Arnaldo Cœnobiarchæ Cisterciensi, de quo supra lib.14. epist. 6. & infra lib. 16. epist. 5. Petrus Vallissern. c.60. cuius nomen omisit Paradinus lib.2. Annal.Burg. in Odone 4.

Legatis]cùm mandati formula vt patet ex contextu Epistolæ,non à latere,vt in c.vlt.de offic. legati c. ad eminentiam de sentent. excommunic. ἐκ τῶ πλεόνων πρεσβυτέρων ἀποστείλῃ in prœmio & c.138.cod.Can.Eccles.Afric.Missos nominat Carolus Magnus in Capitulari sancito Aquisgrani.

R.]Raymundus 4.de quo epist.9.lib.13.& epist. 6.lib. 14.& lib.16.epist. 5.

Exposita terra] primo Principi fideli occupanti, quam postea Papa expugnandam

Regi Franc. dedit, Mart. Polonus in Innoc. 3.

P.] Petri cuius meminit Petrus Valissern. tanquàm legati summi Pontif. c. 1. & 8. & Mart. Pol. in Innoc. 3.

In litteris] quæ continentur apud Petrum Valsern. dicto cap. 8.

Exhibita] tanquam pignora ad maiorem cautelam vt in c. ex rescripto de iureiur.

Regensi] Episcopo in Lombardia.

Th.] Theodosio seu Theodisio Petrus Valsern. c. 10.

EPISTOLA VII.

BITVRICENSI] Biturigum Cuborum Primati, de quo 5. epist. 3.

Patroni] fundatores Ecclesiarum ex Concil. Lateran. in c. quoniam de iure Patron. c. ad audientiam de Eccles. ædific. V. I. ipsius hæredibus ius Patronatus in hoc sacellum concessit.

Diœcesis] sibi in spiritualibus & regimine animarum subdita. eodem sensu accipit diœcesim Hincmarus epist. 5. & 6. quas rescribit ad diœcesis Rhemensis Archiepiscopos & in c. Lugdunensi 9. q. 2. qui habent παροικίας c. 9. ex Concilij Antiocheni siue ἐπισκοπὰς vt in

l. οἷς ἐκάςῃ. C. de Episc. & cler. id est territorium quod hodie malo more diœcesim dicimus, & parrochia Aurelianensis in hoc sensu accipi debet apud Theodulphum episc. Aurelian. ad compresbyteros suæ diœceseos.

De prouentibus] cùm nihil in illis præter antiquos & moderatos reditus à locorum Episcopis institutos exigere debeant, c. præterea de iure patronatus.

Pastoribus] rectoribus c. decernimus 16. q. 7.

Recipere] c. cùm secundùm c. exstirpandæ de Præb. & dignit. & 1. ad Corinth. c. 9.

Congruam prouisionem] portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur d. c. extirpandæ vbi vide glossam, & sit competenter prouisum c. postulasti de Rescriptis certam assignet portionem c. ad hæc de offic. vicar. de beneficiis assignet vnde possit congruè sustentari c. præuenit de appellat. decis. Cap. Tol. q. 168. de patrono Ecclesiastico ex specie huius epistolæ.

Ad opus patronorum] Quid si vergant ad inopiam? ab Ecclesia illis moderatè succurritur in c. nobis de iure patron. & c. quicumque 16. q. 7. adde in compensationem dotis, quam illibatam sacerdos ministrans sibi retineat, imò & si pactum interuenerit super retentio-

ne fructuum, valet nominatio & censetur ritè & canonicè facta ex Senatusconsulto 3. Martij 1594. sancito, Antonio Viard agente aduersus Benignum Viard.

EPISTOLA VIII.

INSERTAM fuisse hanc epistolam (quæ est Innocentij Papæ secundi) libro 15. Regestorum Innocentij III. patet ex serie Tēporum: si quidem Diuus Bernardus obiit anno domini 1153. eodem fere tempore quo Eugenius Papa tertius eius discipulus est diuum albo adscriptus, duodecimo post eius obitum anno ab Alexādro Papa tertio anno Domini 1165. ita vt ex his rectè concludamus nunquā Innocentium tertium meditatum fuisse hanc epistolam, anno Pontificatus decimoquinto, id est anno domini 1213. aut alium Bernardum dicemus quàm diuum Bernardum, quem tamen contextus epistolæ spectat, sed potiùs Innocentij 2. calamum testem locupletissimum habebimus, cui etiam diuus Bernardus multoties rescripsit, vt patet ex eiusdem epistolis. Dicemus itaque erraticam paginam eiusdem sicut in iure ciuili leges quas priuatis titulis & rubricis Tribunianus non inseruit in

Pandectis & Codice Iustinianeo.

Bernardo] vico Fontanensi primo à Diuione lapide oriundo.

Primo] Abbati Clarauallensi ex martyrologio Romano,& ex inscriptione quæ exstat in vestibulo cœnobij de Fonteneyo ordinis Cisterciensis. Nec silentio prætereundum est quòd tam celebri prænunciatorum Præsulum consortio intererat beatissimus Bernardus doctor mellifluus, famosissimi Cœnobij Clarauallensis. Abbas primùs. Ità vt ex his dicendum sit, Bernardo primo scilicet Abbati Clarauallensi, quæ verba notarus siue puer notarium præpetum (vt loquar cum Ausonio, subito calore calami præteriit. nec enim de Bernardo Anachoreta in saltu Vicennarum accipi debet hęc epigraphe,de quo Guaguinus lib.6.in Philippo Augusto, qui temporibus Innocentij sanctitatis opinione claruit.

Et sanguinem] vnus ad instar omnium Petrus de Castronouo (de quo supra epist. 6.) voti regulam martyrio coronauit in cunabulis ascreterij à diuo Bernardo instituti:

Arguere] vt Albigenses, quorum ferè Ecclesiam labefactatam Arnaldus præpositus generalis,& duodecim Abbates expurgarũt, vtroque Euangelij dogmate vnà cum beato

Dominico Gusmano Galliam Narbonensem illustrarunt. Petrus Valser. c.1.& 7.

In vna]c.definimus & c.in nullo 18.q.2.

Exhibebimus] c. Abbates & c. vltimis 18. q. 2.

Deploratorum]c.adiicimus 16.q.1.c.exiit versic.verum de verb.signif. in 6.

Silentium]cultus iustitiæ c.in loco 15. q.4.

Decimas]quas monachi non suscipiũt nisi consensu Episcoporum adhibito c. decimas 39.16.q.7.quæ sunt tributa egentium animarum c.decimæ 16.q.1.& iuxta sacros canones Ecclesiæ competũt, Hincmarus epist.7.c.35.

Primitias]manuum vestrarum Deutero.vt ἀπαρχὰς ἀλῶνος καὶ λίνου σου. Septuaginta Exod. 22. ἐλαίου Numer.18. τοῦ σίτου Deuter. 18. προσφωνήματα χεῖρα Leuit. 20. quas olim variis nominibus appellarunt Græci, apud quos ἀκροθίνια τὸ ἄκρον σωρου. Eustachius Ὀδυσ. 7. siue ἄπαρχαι τοῦ σίτου apud Isocratem in panegyrico, προτολεία ἢ τῆς λείας ἀπαρχή Schol. Eurip. in Oreste vers. 382. προτέλειον apud Callimachum hymno in Dianam versu 104. σισόη ἐκ τῆς κόμης τῆς κεφαλῆς Septuag. Leuit.19. & Cyrillus c.6.Numer.quam dixit κόμης τὴν ἀπαρχήν. Euripides in eodem Dramate.

Oblationes] quæcumque de propriis & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur c,

caussa de verb. signific. & quocumque titulo ad Ecclesiam perueniunt c. cum inter eod. tit. & c. oblationes cum seqq 13. q. 1. decis. cap. Tolet. q. 482. ad quorum interpretationem elegāter Tertull. de Monogam. c. 10. pro anima eius orat & offert annuis diebus dormitionis eius, χοὰς Græci dixere; Libanius in parasito χοὰς ἐπάγαγειν ὁσημέραι τελευτήσαντι μοί. φασὶ γὰρ ἐκ ὀλίγην τὰ τοιαῦτα διδόναι τοῖς ἀπελθοῦσι παραμυθίαν.

Habitum] habitu & nomine monachi c. vt clerici, de regulis, quem mundum id est, vestem virginalem ex Vv. GG. Isidori dixerim sacratissimę quippe θεοτόκου mandato beatissimus Bernardus eandem elegit.

Desuper apertis] soccis, quod soccum habeant in quo planta iniicitur apud Isidorum lib. 19. origi. c. vlt. qui caligæ in regula sancti Benedicti vocantur c. 55. si eidem Isidoro credamus; Caligarius non à Callo pedum, sed à calo id est ligno. deindè addit: fiebant autem ex salice tantùm, sed pace illius dixerim caligas & soccos distincta fuisse ex c. 12. Actuum Apostol. calcea te caligas tuas, vbi 70. vertunt ὑποδήματα.

Google

EPISTOLA IX.

ARCHIEPISCOPO] hæc epigrapha restituenda in c. ligneis de consecr. Eccles. vel alter.

Bisuntinensi] Bisuntinæ Ecclesiæ c. licet de accusat. quæ ciuitas imperialia nouit iura apud Vigner. in biblioth. hist. anno domini 1253. in imperiali Burgundia vrbs vetustissima apud Krantzium Saxon. lib. 13. c. 25. à Iulio Cæsare Vesontio, posteriori sæculo Chrysopolis, Ierlandus Chrysopolitanus sancti Pauli scholarum præceptor in C. M.S. biblioth. Ianninianæ S. Benigni Diuionensis; eò quòd Alduabis qui eam, non vt priori tempore quasi circino circunductus cingit, sed magna ex parte intersecat, arenas aureas imbrium præcipiti agmine aliquando voluat. est autem Metropolis Maximę Sequanorum, quę quinta Lugdunensis dicitur.

Illæsis] secùs si mutentur, tunc enim execratur siue exorcisatur Ecclesia c. si motum de consecr. dist. 1. v. glossam ad d. c. ligneis in verbo parietibus, & si à fundamentis fuerint innouati cum labinam minarentur, Ecclesia consecratur c. de fabrica ead. distinct.

Altaris] quod iterum consecratur si motum fuerit, vel lapis, qui sigillum continet, imminutus reperiatur c. 1. de consecrat. Eccles.

Quæsiuistis] restituenda sunt hæc verba in d. c. ligneis 1.

Tabula] lapidea in c. altaris c. 31. de consecrat. distinct. 1.

EPISTOLA X.

MONTEFORTI] de quo supra lib. 13. epist. 6.

Marcum] legatum à latere, qui fuerat Notarius Innocentij III. Nemauso oriundus; Petrus Valsern. (multoties repetitus quoniam Albigensium historiam apprimè descripsit) c. 70.

Censibus] qui sunt pauperum, quorum procurationem gerit quodammodò summus Pontifex c. vlt. 12. q. 1. eadẽ ratione de exterioribus suis quæ palàm cunctis apparent Ecclesia tributum reddit c. tributum c. conuenior 23. q. 8. quibus de causis census soluatur Ecclesiæ. vide c. reperimus de priuileg. & c. omni de censibus.

Conuersus] Deo deuotus c. duo 12. q. 1. & religionis

religionis conuersus c. non dubium de sententia excommunic.

Chartusiensis] Eremita ordinis beati Brunonis cuius anachoretæ cælestis carceris liberæ custodiæ sponte addicti, (donec vitæ dulci officio fungantur) Dei Opt. Max. misericordiam silentij religione contemplantur, de quibus specul. in hæc verba tit. de Testib. ius vetat in re propria dicendi testimonij fidem adhibe vi, sed fallit in monachis Cisterciensibus & Chartusianis propter eorum sanctimoniam.

EPISTOLA XI.

PARMENSI] in Lombardia sub ditione serenissimi Ducis Farnesij, qui fidelitatis iuramento Sanctæ Sedi Apostolicæ, feudi dominæ, obstrictus est.

Natani] quæ est affinis Ioannis in quarto gradu.

Pro bono pacis] quam nobis Christus reliquit priusquàm nube assumeretur. idem dicendum si graue scandalum immineat c. quia de consang. & affinit.

Licentiam] indulgentiam c. quod eod. tit. quoniã prohibitio copulæ coniugalis quarto

gradu restringitur cap.penult.eod.tit. eaque de caussa diuortij sententia promulgatur.

Canonicum] vt in c.super eo, eod. tit. vide infrà lib.13. epist. decima.

EPISTOLA. XII.

CAPELLÆ Ducis] Odonis, siue Otthonis 4.de quo suprà epistola 5.lib.14. qui Innocentio sedente,Burgundiæ imperabat: vulgò sancta Capella dicitur, in quâ sacratissimæ Eucharistiæ miraculis claræ diuinum Palladium florentissimum liliorum Regnũ protegit,de quâ Innocẽtius noster in c.cùm capella de priuileg. Chassaneus de gloria mundi parte 12. considerat. 63.

Christianitatis Diuionensis] Decanus sancti Ioannis Baptistæ, sed & hodiernà die viri aliquot Diuionenses Christianitatis antiquo nomine, (vt in hac epistola) compellantur.

Castrum] quod à pluribus Diuorum templis Diuio noscitur nuncupatum, in vita Diui Gregorij Episcopi Lingonensis ex vet. C. MS. biblit.S. Benigni.

Matisconensi] suffraganeo Archiepiscopi Lugdunensis.

Teſtimonium] primum dubium ſuper huiuſcemodi teſtimonio moueri poteſt in hūc modum, Monachi ſine iuramenti exhibitione teſtes eſſe non poſſunt in c. tuis de teſtibus; ex regula l. iurisjurandi C. eod. tit. Secundò obijci poteſt teſtibus non teſtimoniis aut tabellis credendum eſſe l. teſtium §. idem diuus eod. tit. ſed dicendum iſtud obtinere in iudicio non extrà iudicium, vt in hac epiſtola, in cuius explanatione teſtimonium, atteſtationem non de re aliqua circumſcriptam diſpoſitionem vt in iure accipere debemus.

Monitione] quæ dicitur fraterna correctio c. licet de ſimonia, & præmittitur priuſquàm aliquis per cenſuram Eccleſiaſticam compellatur c. 1. de Treuga & pace & c. grande de ſuppl. neglig. prælat. in 6.

Denunciationis] inſcriptionis l. in Senatuſconſulto §. qui poſt ad SC. Turpill. hinc inſcriptionum libelli l. ex lege §. penult. ad leg. Iul: de adult. vinculum inſcriptionis l. vlt. C. de accuſ. & inſcript. γραφὴ κατηγορίας apud Harmenopulum lib. 1. tit. 2. §. 10. ſyngrapha calumniæ à Symmacho lib. 5. epiſt. 63. βίβλιον αἰτιάσεως in baſilicis & perperàm Theophilus in §. Tripli de action. apud Iuſtin: vbi reſtituendum puto βιβλίῳ αἰτήσεων, non αἰτιάσεων.

ſcilicet in libello conuentionis VV. GG. Iſidori elogium textum malorum dictorum, quod notoriam dicunt,& alibi elogium, ordo criminum, vide in hanc rem Synum lib. 10. epiſt. vlt. & ea quæ doctè pro more ſuo animaduertit Franciſcus Iuretus, & Hincmar. epiſt. 7. c. 5. & 6. vbi repetit vetus ſcholion Aniani ad l. 15. conceſſum de accuſ. & inſcript. C. Theodoſ. poſteriori ſæculo ſolemnibus non adhibitis denunciationem dixere vt hic, delationem Synus lib. 20. epiſt. 7. nominationem D. Auguſtinus de pœnit. medic. c. 3. & abiit in deſuetudinem formula inſcriptionis, niſi in crimine falſi ex conſtitutione regia.

Inimicos] ne Innocentiæ puritas confuſa ſuccumbat dicto c. licet.

Abſoluatur] ex c. 1. de exceptionibus.

EPISTOLA XIII.

PETRI,] de quo ſupra epiſt. 4. lib. 14. Petrus Valſern. c. 66.

Cruceſignatorum] ſignatis in Francia ad vindicandam Dei noſtri iniuriam tot fidelium millibus, & ſignandis, idem Petrus c. Guaguinus lib. 6. vbi Milone lego, nō Gal-

lone, qui fuit Innocentij legatus.

Fuxensis.] Raymundus Rogerius, cui successit Rogerius Bernardus sextus Comes, de quo Petrus Valsern. c. 50.

Comitis] Bernardi qui Bernardū de Ponte monomachiæ & duelli solitario congressu ex SC. Parisiensi fortuna duce prostrauit in veteri stylo Parlam. parte 1. cap. de duello §. 29.

Conuenarum] Garumnos populos vocat Cæsar de bello Gall. quorum cunabula reperies apud D. Hieronymum epist. 2. aduersus Vigilantium.

Gastonem à Bearno] Benearno Petrus Valsern. c. 56. Bearnenses autem nominantur Vaccates Cæsari eod. lib. quos Ioannes Rossetus notis in eundem existimat esse Vasates. sed meliùs si Vaccates dixeris, quos Eginarthus in Carolo Magno Vaccenses vocat, puta ob insignia Prouinciæ, quæ vaccarum grauitate imperij Vaccensis hodie Bearnensis molem demonstrant.

Contra Sarracenos] dum Alfonso 8. Legionis & Castellæ Regi aduersùs Mimamolinum Sarracenorum Regem, exercitus instructam aciem duxit, malè Memmolinum auctor Centuriarum centur. 13. & Paulus Constantinus in Chronico Ilmamolinum

vocant. huiusmodi autem pugna dicta fuit de nauibus Tolosæ apud Roder. Santium histor. Hispan. parte 3. c. 35. quo vocabulo naua, vocem Ibericam intelligit, quæ montis planiciem & æquor significat. sed cur Tolosæ? forsan inditum nomen ea tempestate, qua Narbonensis Archiepiscopus vt supra diximus lib. 15. Regest. epist. 3. Tolosanam Synodum sub imperio Vvisigotthorum cum suffraganeis vi armorum perterritus annotabat. Tunc enim Gallia Narbonensis, citerior Hispania vocabatur circa æram IϽCIX. vt vult Constantinus in Hispaniarum diuisione, secundùm quæ interpretare Æmylij verba lib. 6. Albianorum hæresis quæ in Comitatu Tolosano Hispaniæ regione inualuit, sed malè, etenim ab anno Domini 774. Gallia Narbonensis imperij Francici regno moderabatur, quam colore fucatæ religionis quæsito à vero tramite error Albigensis plus solito auertit anno domini 1205. sub imperio Philippi Augusti, quo tempore Innocentius hæc epistolia rescribebat. Nauclerus gener. 40. Matheus Paris circa annum Domini 1212. & 1213. emersisse hæresim in illa regione scripsêre.

Suo iure] in armis, non legitimo, nec enim Comites prædicti alium dominũ feudi

habuere quàm Torsinum aut Tortinum, qui à Carolo Magno (vt iam diximus lib. 13. Regest. epist. 13.) feudum Comitatus Tolosani accepit, in quo idem Torsinus & posteri Comites Fuxensem, Conuenarum, & Insulæ (quæ Iordana dicitur) & Vicecomitem Bearnensem subordinarunt. Ac vt à Fuxensi incipiam, ex fastis consularibus Tolosatum animaduertere licet, Bernardum Rogerij filium dominum Castri pendentis anno Domini 1062. licentiam à Raymundo secundo Comite Tolosano petiisse vt sibi dignitatem Comitis Fuxensis vindicare liceret, à quo deindè cæteri eodem priuilegio potiti sunt. Holagarayus in hist. Fuxensi Raymundum (de quo quæstio) ab homagij munere liberatum scribit ex stipulatu Raymundi minoris Comitis Tolosani: sed postquã mortuo Alphonso Comite Tolosatum Ludouici pij germano ad primordium Tituli Prouincia Occitana rediit; Rogerius Bernardus Raymundi Rogerij filius, de quo suprà, vinculo dominij se suosque in manibus Ludouici Pij religiosissima coram Deo & hominibus attestatione obstrinxit, cuius filius idẽ officium ex debito post obitum patris Philippo tertio reddidit anno Domini 1274.

Conuenarum Comitem] Vasallum quo-

que Comitis Tolosani fuisse patet ex annalibus Hispaniæ, in quibus anno Domini 1116. idem Domino suo assidet, qui Alphonso aduersus Mauros suppetias ferebat. Deinceps transactione quæ asseruatur in Capitolio Tolosatum, intrà inter Carolum VII. Regem Christianissimum & Matheum Comitem Conuenarum anno Domini 1442. feudum domanio & patrimonio Principis accreuit iure fideicommissi, cuius formulam rogauerat inseri tabulis testamenti anno Domini 1375. eiusdem Regis intuitu Petrus Bernardus Comes si sine liberis Margareta & Eleonora filiæ dulcissimæ fatis cessissent; sub modo vel conditione, ne imposterùm à liliorum regno feudum distraheretur, quo casu Gregoriū Papam XI. ex asse hæredem instituit. Reperio tamen in eisdem fastis Iohannem (Nothum illustris domus Armaniacæ) Comitem Conuenarum obuiam accurrisse cum proceribus totius Aquitaniæ Ludouico XI. cùm Tolosam peregrè proficisceretur, qui Comitum Conuenarum nouissimus fuit. Progrediamur ex continenti ad Insulam, que Iordana dicitur, vt liquet ex pagina in qua iura Boconiæ syluæ continentur. Eadem sita est in iurisdictione Comitis Tolosani, quem Dominis Insulæ vsum in eadem concessisse,

& octo viros (qui vulgo Capitolini) cum Ioanne Iordano Comite Insulæ super eiusdem χήνιων solito moderamine pactum inijsse certissimum est. Ex quibus colligere debemus Comitem Tolosanum Dominum feudi directum dominium vnà cum reliquo vsus mancipijque integro iure, sibi retinuisse. Denique si attentiori diligentia inspiciamus prædictos Comitem Tolosanum priuatis armis in hac expeditione tueri, nemo dixerit eiusdem vasallos non extitisse.

Secùs verò existimarim de Vicecomite Bearnensi, qui amicitiæ viciniæque nexu adstrictus, Raimundo Comiti opitulatur, ità vt eundem non quidem Tectosagum Dynastis, sed Regibus Christianissimis fidelitatem præstitisse dicamus. Ferronius Auctuario ad Paulum Æmilium in Ludouico XII. iudicatum fuisse scribit Senatusconsulto Tolosano eosdem supremæ Curiæ iurisdictione ordinaria contineri. Quòd si rem ab origine repetere licet, quis nescit Aquitaniam ex vna parte Pyreneis montibus concludi, ad quorum radices situs est limes Bearnensis? itaut ex his rectè concludamus, olim Reges Aquitaniæ, vsque ad imperium Eudonis, Vvaliæ, Vaifri, Ludouici, Caroli Calui (qui Duces in eadem prouincia instituit) Vaccensibus leges

dedisse, probatio etiam elicitur ex Concilio Matisconensi sub Guntranno Rege altero filiorum Clotharij, cui Lucerius Episcopus Oloronensis, & Aurelius Episcopus Ecclesiæ Bigerritanæ, subscripserunt. Porrò Bigerrones proximi sunt Bearnensibus, apud quos floruit Ecclesia Oloronensis, & fœderis sancita pactione inter Childebertum & Guntrannum Lemouices, Caturci, Vaccates & Bigerrones (quorum prouincias liberali titulo morganaticæ donationis Chilpericus Rex Gaiselindi vxori suæ dederat) subditi fuere eidem Guntranno apud Gregorium Turonensem lib.9. c. 10. & in veteri Regesto Cameræ Computorum Parisiensis anno Domini 1273. Vicecomes de Bearno Dominus de Moncata & Castriveteris fidelitatis hominium iureiurando præstitit Edoardo primo Regi Angliæ & Duci Aquitaniæ. Ex quibus colligere est easdem nationes semper Galliarum Imperij ambitu comprehensas fuisse, quicquid ex priuilegio Caroli Martelli Vicecomitem merum & mixtum imperium cum iure gladij meruisse incolæ profiteantur. si quidem contrarium liquet ex superioribus & ex Chronico sancti Benigni Diuionensis anno 741. Concludamus itaque Aragonum Regem summi Pontificis religio-

nem in hac Epiſtola circumſcripſiſſe. nihil enim iuris habuit in his prouincijs, nec in Comitatu Carcaſſonenſi (de quo proxima Epiſtola) licet Comes Barcinonæ fuerit, à quo huiuſmodi ſpeciem directi dominij ſibi finxit. liberè enim profiteri debemus (ſi verum amamus) ſupremum ius in Aragoniæ Regno, & Comitatu Barcinonenſi ad hæredes Ludouici primi ſpectaſſe, quod poſtea Ludouicus nonus, qui vitæ ſanctimonia floruit, eiſdem Regibus conceſſit, retento ſibi iure in omnibus prouincijs quæ cis Pyræneos montes regni Franciæ moribus & legibus gubernantur.

Non generale] ſed poſtquam Innocentius litteras Synodi Vaurenſis accepit, contrariæ voluntatis iudicio, Petro Aragonum Regi dare vetuit, quæ antea eidem roganti conceſſerat. ſi quidem in gratiã germanæ, quam ſibi vxorem coëmerat Raymundus ſenior huiuſmodi iura dominicalia Petrus ſibi cõmentitio mancipi nexu obligata effinxit, vt ſcilicet expoſitam terram ex reſcripto Innocentij ſuprà, Epiſtola ſexta, hoc eodem libro, primi occupantis armatâ manu eximeret. nec enim ius gladij aut merum imperium priuato titulo in eiſdem feudis legitima ratione ſibi vindicare potuit.

EPISTOLA XIIII.

CARCASSONAM.] Galliæ Narbonensis vrbem nobilem, quamuis in itinerario Hierosolymitano Castellum dicatur. nam Sergius Episcopus Carcassonensis Concilio Toletano III, subscripsit. eadem Comites suos habuit, à quibus originem duxere Comites Fuxenses, de quibus superiori Epistola, horum alter Bernardus Atho Carcassonam & Biterras Bernardo primo Comiti Fuxensi venditionis titulo transtulit, qui eorumdem Comitatuum simul ex Fuxensis ratione Regem Christianissimum dominum feudi professus est, vt superiori epistola satis superque probauimus.

Eidem.] Secus ex his quæ superiori Epistola ex veterum monumentis & fastis animaduertimus.

Iustitia.] Quam iniustitiam vocasset Pont. Max. si rei veritas eiusdem genio ad maiora parato innotuisset, quod ita euenit modico temporis spatio interposito, vt in extremo superioris Epistolæ diximus.



AD LIBRVM XV. REGESTORVM INNOcentij tertij Pontif. Max.

EPISTOLA I.



POSTOLATVS.] B. Petri quem obtinet Pont.Max.sic Ioannes XXII.extrauag.ad Apostolatus de cōcess.præb. & extrauag.ad nostri de priuileg.

Prærogatiua.] vide supra lib. 13. epist.14. & Ioannem Ferraultum de iuribus & priuil. regni,& ordinationes regias tit.44.de priuileg.Apostol.Regi concessis,& c.per venerabilem qui filij sint legit.

Leuitate.] l. vnica C.si quis Imperat.maledix.

Scabellum.] Mathei 5. & in c. & si Christus de iureiur.

Episcopos.] in fine d.cap.si quis per capillum.

Regnum.] cuius Principes Christianissimi sacratissimas leges tulere, quibus nefandæ procacitatis libido irreligiosa coërcetur. Rhenanus in Apolog. Tertull. 33. refert Clodouæi, Childeberti & Clotharij leges, quibus iurare prohibitum est; & posteriori sæculo idem obtinuit, imò nouissimè Ludouicus Iustus, cuius imperium, naturæ ornamēta gentiumque immuneræ nationes incredibili admiratione suspiciunt, prima quàm edi iussit constitutione sacri nominis Dei Opt. Max: peieratores (quippe solus assertor ab inimicorum telis & insidijs Gallias vindicauit) graui mulcta puniri voluit, cuius edicto Senatus subscripsit anno Domini 1611. eisdem ferro candēte lingua perforatur, postquam à Deo Rege & à Iustitiæ sacerdotibus veniam petiere, vt mox laqueo suspensi flammarum vindice incendio suffocentur, ex placito Senatus 25. Ianuarij 1610. qui non immemor auitæ religionis, Ioanni Deo, sacræ denominationis titulum interdixit, & iudicis ordinarij super hac re attestationem actis Curiæ referri præcepit mense Februario anno Domini 1600. vt imposterum nemo tantæ proteruiæ percussus audacia, sacri nominis tremendum iudicium prosapiæ titulis inserere tentaret, sed & maledicta in principem seue-

tæ legis Iudicio vindicauit 17. Nouemb. 1605 & 5. Octob. 1619. Dij non detrahes, neque Principi populi tui maledices Exodi 22. Maiestatis sunt apud nos rei qui de nostris Regibus secus aliquid murmurarunt vt ait Arnob. 4. adu. gent.

Archiep.] Qui Primati Rhemensi subditi sunt, Hincm. dicta epist. 6. c. 20. de primatu quoque in aliis prouinciis idem Zacharias Papa ad eundem Bonifacium scripsit, qui anno Domini 741. Legatus à latere Gregorij II. III. & Zachariæ summorum Pontificum in Gallia & Bajoaria vices gessit.

EPISTOLA II.

SLEVVICENSI.] Suffraganeo Episcopi Londensis in Dania, qui Ecclesiæ Primas. sic autem legendum in Rubrica c. postulasti de foro compet. Marchionis Slevvicensis siue Slevvici (quæ olim Heideba) meminit Krantzius Metropol. lib. 3. c. 5.

CAVSIS.] c. si quis amodo & sequentibus 81. distinct.

In cuius del. diocesi.] Auth. qua in prouincia C. vb. de crim. agi oport. vide glossam in Clem. pastoralis & §. quòd si versic. de

more de sentent.& re iudic.& c. fin.de foro. compet. licet aliter Orestes sentiat apud Euripidem in hæc verba, οὐ προσήκομεν κολάζειν τοῖς δὲ Φωκέων δὲ γῇ, τοῖς δὲ Argiuis scilicet; apud quos impij parricidij scelus horrendo matris vulnere perpetrarat. videndus Aufrerius ad decis. Capel. Tolos. q. 423.

Ecclesiam.] Sic leg. in d. c. postulasti non beneficium.

Facienda.] vt in l. à Diuo Pio §. 1. de re iudic. 21. l. cùm vnus §. is qui possidere de rebus auct. iud. possid. ex quibus legibus ordinationis Aurelianensis §. 90. & §. 172. Blesensis, descripti sunt.

Quæsiuisti.] c. 21. postulasti de homic. volunt. vel cas. cuius contextus elicitus est ex hac Epistola quæ præfiget epigraphen dicto capiti.

Sanguinis effusione.] Clericis iudicium sanguinis agitare non licet, cap. Clericis ne Cler. vel Mon. suffundit si quidem non effundit sanguinem Ecclesia apud Tertull.

Rex.] Daniæ Valdemarus 2. de quo Krantzius Daniæ lib. 7. c 13. vide supra lib. 13. Epist. 3. & infra Epistolam 8.

Potestatem] vide suprà Epist. 5. lib. 14. de publico auxilio.

Diuitiæ.]

Diuitiæ] dele [aut malitiæ] in d. c. postulasti de homicid.

Cœmeteria] corrige inscriptionem & principium c. consuluisti de consecr. Eccles. vel alt. est enim contextum ex hac epistolà vt dictum c. postulasti. 1.

Sepeliuntur] corrige dictum c. consuluisti, neque enim absq; vi armata aut metu qui in constantem cadere potest, clerici excommunicatos tumulo cōmendabunt, sic lib. 14. epist. 10. cum interdictorum obsequio terræ redditur quod suum est, fortè quia interdicto subditi cognationis vinculo iunguntur, ad quos cura sepeliendi spectat. V. I. Græca quæ Herodi Rhetori à Salmasio nostro adscribitur οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσσι βαλεῖν ἱερόχθονα βῶλον πλὴν ὅκεν αἵματος ἦσι καὶ ἔγγονος εἰσαμένοιο, quod probatur ab Isocrate in panegyrico ἠνάγκασαν ἀποδοῦναι θάψαι τοὺς νεκροὺς τοῖς προσήκουσι. vide eundem in oratione de pace. hinc collatio & vnctio cognationis partes fuere, & familiaria sepulchra ex V. I. Romæ apud Alberinos, vt quādo ego etiam esse desiero pariter cum eis ponar & in c. ebron & in c. sequenti 13. q. 2. vel ideò adesse deliberant, quoniam obsequij vltimi tralatitia humanitate lapidare festinant, aut eundem componunt in arcula non in pergula, vt vult Lipsius apud Petro-

nium in funere Democriti. ſiquidem hæc omnia humanitatis officia non ſcripta ſed nata lege decernuntur.

Procurationes] ex Concilio Lateranenſi ſub Alex. 3. c. 4. ſub Innoc. c. 33. vide c. procurationes de cenſibus & c. viſitãdi c. non ſemel, 18. q. 1. charitatiuũ obſequium dicitur à Chopino, & jus viſitationis in ordinatione regia Bleſenſi.

Perſonaliter] ſic leg. in d. c. 33. Concil. Lateran. non præſentialiter.

EPISTOLA III.

VAurum] Caſtrum Vauri apud Petrum Valſern. c. 52. oppidum in Gallia Narbonenſi qnod idem nomen hodie retinet, ſicut & caſtra quæ in hac epiſtola continentur, Diſtat ſeptimo cum ſemiſſe vnius, à Toloſa, milliario, id eſt quinque leucarum itinere, ſi credimus Iſidoro qui lib. 15. orig. c. vlt. leucam mille & quingentis paſſibus coarctari ſcribit.

Sanctiſſimo] huius epiſtolæ ſeriem truncam & mutilam habes apud eundem Petrum c. 66. quam variis in locis reſtitues ope C.

Mſ. ex quo eandem in hunc modum tranſcribi curauimus.

Antiquitus] Aureliæ primum Albianenſis error exortus eſt anno Domini 1017. Glaber Rad. hiſt. Franc. lib. 3. c. 8. deinde per vniuerſi regni orbem peſtis incrementum latens emerſit.

Rotarij] quibus adde baliſtarios qui ἰδίῳ τρόπῳ Vvaſconum adhuc nomen retinent aroutes, & Pyrenæorum ſcopulis tanquam Ithacæ addicti peregre proficiſcentes non ſolùm veſtibus & nummis, ſed interdùm vitæ vſu ſpoliant, ità vt verè Innocentius eos viros ſanguinum dicat in c. ſententiam ne Cler. vel Monach. & in c. 18. Concil. Lateran. vbi lege rotarijs non ruptariis. Ideò Diuus Hyeronimus Epiſt. 2. aduerſus Vigilant. ſui originem exprobrat, quæ fuit in Conuenarũ Comitatu (de quo ſupra Epiſt. 13. lib. 15.) vbi & Rotarij aliique gregarij milites, viatores aggrediuntur. Sed vnde dicti fuerint, patet ex Niceta Choniate lib. vlt. de Imperio Balduini: Itaque partem exercitus quæ vtilitatis ſuæ cauſſa vltro ſequi vellet (Rotam ipſi vocant) ablegarunt, poteſtate data vrbes quæ defeciſſent ſuo arbitratu tractandi, ea cohors antegreſſa à nullo ſcelere & à nullo piaculo abhorruit. Inde Rogerius Comes Fuxenſis

Ruptarius dictus est quod Abbatum quorumdam suprema iura pro parte vi non iure sibi vindicasset, vide Beloium in prosapia Fuxensi. Et Biterrensis Episcopus infra Epist. 4. Rotarios sacrilegos, homicidas, & omnium flagitiorum generibus irretitos execratur. A rota igitur veteri vocabulo, (cuius nomine pars exercitus intelligebatur) Rotarios dicemus.

Pedagia] fiscus enim bonorum principum non sacerdotum damnis, sed hostium spoliis augetur. Symmachus lib. 10. Ep. 54. ideò mulctatur vt in c. si quis Romipetas 24. quæst, 36.

Othonem] 4. Imperatorem, Martinus Pol. in Innoc. 3.

Vestitis] lege perfectis. quidam enim in Albigensi hæresi perfecti siue boni homines, alij verò credentes dicebantur, Petrus Valsern. c. 2.

Seuericum] Sauaricum de Malleone vocat idem Petrus c. 56. qui Sauarus Malleonensis Pictonum natione oriundus à Polid. Virg. hist. Angl. lib. 15. dicitur, & Sauaricus Mauleonus à Guaguino lib. 7. in Ludouico VIII.

Regis] Ioannis, de quo postea Epist. 7.

Seneschallum] diuerso munere functus

Seneschalcus, qui posteà Senescallus dictus est, ex varietate temporum. Si quidem in aula Caroli magni apud Hinc. in Epist. 1. c. 21. maxima cura ad eum spectabat, eò quod cætera (præter potus & victus caballorum) eundem Seneschallum respicerent, ità vt lateri principis ex his dicamus adhæsisse. Sic Guillelmus de Nogaretho Seneschallus Regis Francorum (Philippi pulchri scilicet) dicitur à Thoma Vvalsingham in Edoardo I. Rege Angliæ, sed alia censetur eiusdem dignitas ex ordinationibus Regiis de offic. Bailliuorum & Seneschallorum tit. 6. qui præerant foro, in quo nobilium & militum iurgia dirimuntur, & in constitutione Ludouici Pij anno Domini 1254. vbi Senescalli Bellicadri & Carcassonæ fit mentio.

Arrianorum] seu potius Arriomanorum, à quorum hæresi Albianensis error emanauit. Nam & in eadem regione Vvisigothi Arrianam prauitatem amplexi sunt.

Marochitanum] Mimamolinum, de quo supra Æmylius in Philippo II. aduolauit ille manu Sarracenorum sub Mimamolini signis armatus.

Filium] Raymundum iuniorem.

De Bearno] v. supra lib. 15. Epist. 12.

EPISTOLA IIII.

Biterrensis] suffraganeus Archiepiscopi Narbonensis.

Osculo] sic in vet. Ms. bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis, in quo extat Epistola Prælatorum Franciæ (de qua supra) ad Bonifacium Papam VIII. Sanctissimo Patri & domino suo carissimo Do. Bonifacio diuina prouidentia S. R. E. ac vniuersalis summo Pontifici sui humiles deuoti Archiepiscopi, Episcopi. &c. deuota pedum oscula beatorum.

Sentina] quæ hodie pietatis omniumque disciplinarum nutrix & domicilium.

Legatum] Petrum de Castronouo, de quo supra lib. 14. epist. 6. & 8. & lib. 15. epist. 6.

Vnctionis] quam acceperat Romæ ab Innocentio III. qui eum coronauit corona panis azymi in Ecclesia sancti Pancratij apud Marinæum de rebus Hisp. lib. 20.

Hæreticorum] hodie religionis Ecclesiæ Gallicanæ patria.

EPISTOLA V.

A] Arnaldus de quo ſupra lib. 14. epiſt. 6. & lib. 15. ep. 6.

R.] Raymundus de quo ſupra lib. 13. ep. 9. lib. 14. ep. 6. & lib. 15. epiſt. 6.

P.] Petro 2. de quo ſupra lib. 14. ep. 4. & lib. 15. epiſt. 13. & vlt.

Cum plena iuriſdictione] alta, media & baſſa in vet. ſtil. Parlam. parte 1. c. 31. & in ſanctione Caroli V. quæ continet priuilegium conceſſum ab eodem Eccleſiæ ſancti Benedicti in faſtis Pariſienſibus.

Malo ingenio] ſic in Sacramento fidelitatis ex capitularibus Caroli magni, quia fidelis ſum & ero diebus vitæ meæ, ſine fraude vel malo ingenio.

Per dominum] vt habeat in ſacramento ſuæ purgationis teſtem, quem habebit & iudicem. Gregorius Papa tertius ad Bonifacium III. Moguntinum Archiepiſcopum. Euripides in Medea verſu 753. ὄμνυμι γῆς θεοὺς τε πάντας ἐμμενεῖν ἅ σου κλύω. Deus ſiquidem τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου. Sept. Geneſ. 21.

Sancta Euangelia] Carolus magnus in capitulari vocat iuramentum in ſacro Euan-

gelio, Balsamo ὅρκυς σωμάτικυς in Nomocano, Photij. vide c. ego. de iureiur.

Capitulo] hodie Consistorium vocant.

I.] Illustri.

Fulcone] Episcopo Tolosano, Petrus Valsern. c. 6.

Consules] huius dignitatis nomen Galliis Roma dedit, & perpetuum à principe geri Consulatum Iustinianus rescribit Nou. 105. Eutropius lib. 1. breu. hist. Rom. sed labante imperio huiusmodi dignitas imminuta est: nec enim genuino muricis fuco hodierna die, vt in antiqua Roma, ciuium oculos perstringit. Horum meminit Innocentius in c. venientes de iureiur. & nomen Consulum hodie vsurpatur in Occitania & Aquitania, sed in ciuitate Tolosana nomen à Capitolio, non à capitulo vt vult Aufrerius, Capitolini vocantur, quorum vestis bipartiti coloris apud eundem ad decis. Capel. Tolos. q. 52. huius molem, Imperator Antoninus Colonia Nemausensi oriundus, attoli curauit in gratiam patriæ, cuius primam sedem Tolosa, vt & nostris temporibus, occupabat, ità vt vrbis nomen sicut Roma meruerit, vt patet ex fastis consularibus, & ex V. I. quæ in perystilio marmoreo claustri Ecclesiæ Metropolitanæ stylo incisa est in hæc verba.

Petrus Pontificem benedicens misit ad Vrbem,
Pro propuli cura, concesßit ei sua iura.

Pontificem autem interpretare Diuum Saturninum, quem de summo gradu Capitoliorum præcipitatum legimus apud Sidon. Apollin.

Vrbis & subvrbij] quod & hodierna die obseruatur.

Bertrandus] viginti quatuor Consules ab initio sub Imperio Torsini, de quo supra lib. 13. epist. 13. vsque ad annum domini 14;8. quamuis medio tempore interdum quatuor, aliquando sex, iterum duodecim clauum gestarint, sed per ducentos fere annos vsque in hanc diem Octouiri, dulcissimæ patriæ (nonnunquam altricem nostri reticebo Tolosam cum Ausonio) dignitati municipali capessendæ incubuerunt, vt patet ex fastis consularibus, vbi ad exemplum Romanæ dignitatis fumosas patrum imagines ornatas purpura videret licet.

EPISTOLA VI.

ABBATI] delegat iudicem Pont. Max. qui litis contestationem super iure Primatiæ, de quo supra lib. 15. epist. 3. vsque ad

iudicij ferendi calculum audiat.

EPISTOLA VII.

T.] Teste.

Vvest.] Vvest monasterium interpretare in suburbiis Londini situm apud Polidorum Virgilium hist. Angl. lib. 20.

Normaniæ,] regionum istarum nomine, Reges maioris Britanniæ, vasalli & homines ligij Regis Christianissimi, fuere, quas Philippus secundus Henrico III. restituit, sed posteà feudum regno accreuit cum homagio & fidelitate. (quibus astringebantur) renunciarunt. V. C. Ms. sancti Victoris Parisiensis de gestis Philippi Pulchri Polyd. Virgil. lib. 23. anno Domini 1451. & 52.

Concedimus] Nauclerus generat. 40. anno 1214. obtulit & concessit cum omni suo iure, proque dictis regnis Innocentio tertio homagium fecit, cuius αὐτηνομίαν vide cum Polyd. Virgil. in Ioanne anno Domini 1212. super huiusmodi deditione.

Homagium ligium.] eadem ratione fidelitatis ligiæ sacramēto soli Regi astringimur, quamuis quidam Prælatorum & procerum, homines ligios ex priuilegio habere profi-

teantur. Colombetus Colo. Celti c. 8.& sic dicti domini Abbates habent iura regalia seu ducalia, præsertim in Bressia seu Foro Segusianorum, cuius limitem Henricus magnus 1. Non. Iulij 1601. vnà cum regionibus vicinis supremæ Senatus iurisdictioni adiecit, Quæ controuersia nuperrimè agitata fuit dum litis ordinem Reuerendi Ioannis de Cussigni Abbatis Ambroniacensis aduersus Claudiam femelat Collegis nostris, (quos veræ & non Fucatæ philosophiæ antistites purpuratos nullo adulationis lenocinio ductus dixerim) ex officij debito recitarem.

Denario] B. Petri propter visitationem, B. Petri denariorum collecta in c. ea quæ de Censibus, vbi glossa in hæc verba, Prælatio quædam est quam soluunt Angli Romanæ Ecclesiæ. Io. Maior lib. 4. hist. Scot. c. 3. atque tunc omnium primo Petrini, hoc est denarij sancto Petro dati, hisce regnis impositi sunt, & Baleus Cent. 1. Hist. Brit. c. 97. vectigal (denarios Petri vocant) ex singulis regni domibus primus persoluit & c. 5. Concil. Lateran. sub Alexandro III. Quod in collectione denariorum B. Petri Ecclesiæ vel personæ grauari non debent.

Mille marcas] Naucl. eadem gener. illud adiiciens vt pro omni seruitio dictorum re-

gnorum centum auri marcas soluerent.

Sterlingorum] sterlingus nummus argenteus, apud Anglos pondere vnius vnciæ argenti Polyd. Virg. lib. 16. sed hallucinatur dùm huiusmodi monetę vsum Imperio Henrici III. adscribit. si quidem Iohannes Henrici pater mille marcas Sterlingorum in hac charta oblationis pręstare profitetur. Ex quibus patet censum B. Petri Angliæ nummo publico argenteo, non priuato pensum fuisse, vt vult Cuiacius ad c. auditis de Præscript.

Euangelia] paginam huius concessionis descriptam habes apud Bzouium tomo 1. anno domini 1212. §. 4. quam ex Regestorum Innocentij Archetypo desumptam edidit eadem forma & contextu quibus epistolam hanc conceptam describi curauimus priusquam eiusdem Annales legeremus.

T.] teste me ipso. sequentia desunt apud Bzouium.

Templi] à quo Templarij, quorum ordo institutus Gelasij Papæ II. temporibus, & in desuetudinem abiit sub pontificatu Clementis Papæ V. ad an. 1317. horum fit mentio in c. deputasti de iudic. quibus successere partim Equites Rhodij (hodie Melitenses) quos Ioãnitas siue Hospitalarios vocat item Pantaleon lib. 3. de ord. milit. Ioannit. partim

milites Iesu Christi in Lusitania.

Douerium] etiam hodierna die nomen retinet.

Dublinensi]. altero Metropolitarum in regno Hyberniæ.

Morwicensi] lege Norvvicensi suffraganeo Archiepiscopi Canthuariensis.

Eſſ.] Eſſexiæ.

Iustitiario] cuius munium publicum describit Pol. Virgil. lib. 9. in Guillelmo.

Fratre nostro] naturali, erat enim filius ex concubina Henrici II. Idem Virgil. lib. 13.

Vv.] Vvillelmo.

Har.] idem Polyd. Virg. lib. 16.

Vv.] idem lib. 16. Marescallus autem dicitur apud Guag. lib. 7. qui parte aliqua rebus bellicis præest. Ideo Polyd. eum Regis copiarum præfectum vocat, qui scilicet exercitui præest apud Fridericum 2. Constitut. tit. 20.

Glo.] Glocestriæ. Idem Polyd. apud quem cæterorum nomina primis elementis designata reperies, quę data opera omisimus, vt breuiori narratione instituti nostri propositum persequamur.

EPISTOLA VIII.

HOSPITALARIIS] de quibus superiori epistola.

Quinqueccles.] Quinque-Ecclesiensis qui suffraganeus Archiepiscopi Strigonensis in Hungaria c. bonæ memoriæ 4. de postulat. prælat. & c. cum in iuuentute de præsumpt. & c. 12. de purgat. canon.

Ad proprios vsus] adde hæc verba c. ex parte c. licet c. ad audientiam de decimis: Nec enim consentaneum esse viditur, vt ordinis Cistercienfis fratres qui priuilegio gaudent, etiam de noualibus (quæ ad proprios vsus siuè suis siuè colonorum manibus excolunt) decimas persoluant nisi iure emphyteuseos alienauerint, ita vt ab hiis liberati sint maiori beneficio Innocentij nostri in hac epistola, cuius contextu & Honorij tertij bullatis litteris (quæ extant in cœnobio Cisterciensi) diligentiùs perpensis S. C. decretum fuit die 25. Iunij anno Domini 1604. Abbatem de Firmitate, cuius fit mentio in c. licet de accusat. liberari à decimis quibus Episcopus Cabilonensis vinetum quod habet dictus Abbas in vico Geuriensi iure com-

muni ſubditum proponabat. & alio S. C. Abbas Maceriarum idem iuris obtinuit die 28. Iunij 1617. propugnante Rectore Eccleſiæ Remigneij.

Sacrum Concilium] Lateranenſe cuius c. 55. refertur in c. vlt. de decimis.

Libertate] poteſtate in c. tuarum §. verum de priuileg.

EPISTOLA IX.

LVNDENSI] in Dania & Primati Eccleſiæ, cui præerat Andreas, à quo Vvaldemarus II. rex Daniæ poſt mortem Canuti tertij fratris, regalem de more benedictionem accepit A. D. 1202. apud Krantz lib. 7. Daniæ c. 13. vide ſupra lib. 13. Epiſt. 3.

Sane] corrige epigrahen & contextum c. quia de bigamis ex beneficio iſtius epiſtolæ, cuius prima pars continet tres ſpecies, quarum alteram reperies in d. c. quia; ſecundam in c. 1. & c. ad abolendam de filiis præsbyt. Tertia ſoluitur ex c. cùm olim 14. de Priuil. vbi priuilegij bullarum inſpiciendam eſſe priuſquam jus dicatur reſcribit Celeſtinus PP. III. quoniam forte verbis dubiis conceptum eſt, vt in c. auditis de præſcript. aut

subreptum, vt in c. cùm olim secundo de sentent. & re iud. aut contra ius commune Ecclesiæ vt in hac hypothesi ex c. necesse 1. q. 1. quamuis sciam ex indulgentia summi Pontif. in regno Noruegiæ & Angliæ circa consanguineorum matrimonium aliquid necessitatis caussa ad maiorem Dei gloriam in cunabulis Ecclesiæ adhuc in fide vagientis concessum fuisse, ex c. quod dilecto &. c. vlt. de conf. & affin. quæ accipi debent de regno Noruegiæ, quod postea coadunatum est Daniæ, vt in c. quædam lex 35. q. 2. & 3. & de regno Angliæ disertis verbis d. c. vide ad dictum c. quia de bigamis Decis. Cap. Tolos. q. 234. 254. & 56.

Quæsiuisti] eadem species & idem decretum in c. vt famæ §. laici de sent. excomm. cuius epigraphe corrigenda est. nec enim Londonensi sed Lundensi Archiepiscopo rescribit Innocentius III.

Falsariorum] c. ad audientiam de crimine falsi v. supra Epist. 2. lib. 15. ideò publicum auxilium imploratur vt aut pœnæ legis Corneliæ de falsis subiiciantur, aut incisis digitorum neruis manum amittant, vt lib. 2. feudorum tit. 55. §. callidis. Nec enim δακτύλων ἐχθρὸν ἰέναι à contrario sensu, Stoicorum malo more debuerunt, ideò ad instar athleta-

rum

rum victi ostensione digiti, eos veniam petere necesse fuit priusquam fato fungantur.

Subsequenter] c. quia circà de priuileg. vbi vide gloss. & corrige inscriptionem d. capitis.

Sane] matrimonium in gradu prohibito colligatum dissoluitur c. 1. & c. non debent de cons. & aff. supra lib. 15. epist. xi. & infra epist. 10.

Personas graues] c. nostra §. si verò de test. & attestat.

Scandalum] ex fama publica c. illud 1. de præsumpt.

Porro] idem contextus & eadem hypothesis in c. Quia de cons. & affin. cui epigraphen ex hac epistola subiunge.

Imminere] ob priuilegij indulgentiam, de quâ supra in hac epist. quæ violaretur ex copulæ dissolutione.

EPISTOLA. X.

HERVEO] Baroni de Donzi.

Matildi] filiæ Petri de Courtenaio Comitis Altissiodorensis & Niuernēsis (qui post mortem Henrici Imperium Orientis adeptus est supra Epistola 1. lib. 13.) eandem

accepit vxorem Herueus postquàm in agro Cosnensi socerum superauit, & hostium deditioni mancipauit. Obiit anno Domini 1223. vt patet ex Epitaphio in Cœnobio Pontiniaco, ordinis Cisterciensis.

Hic lapis Heruei Comitis celat faciei
Formam, forma Dei clarificetur ei.

Prole] cuius intuitu, partim hæc indulgentia concessa fuit in c. quia circa de cons. & aff. & Trismeg. c. 12. ποιμανδ. ῎Ιοῖς εὐφεγνοῦσι ἐστιν ἡ παιδοποιΐα.

Sanctæ] in exercitu Ioannis Brenni Regis Hierosolimitani, à quo Heliopolis (Damietam vocant) liberata fuit A. D. 1218. Idem etiam Herueus aduersus Albienses præliarat A. D. 1209. Petrus Valsern. c. 10. Odo Niuernensis, sed legendum puto Herueus, qui tunc temporis dies agebat cum dignitate Comitis Altissiodorensis & Niuernensis.

Vezeliacensis] ordinis S. Benedicti diœcesis Æduensis.

Procurationes] de quibus supra Epist. 2.

Dispensamus] certis de causis, quas videre est in hac Epist. v. lib. 15. Epist. 11.

EPISTOLA XI.

IN AQVINO] aliis, Aquario, ſed dicendum in Equiro, quòd olim in eo loco fierent equiria, vide Fabricij Chemnicenſis Romam.

Sabbaoth] ἐπειδὴ στρατιὰ θεοῦ τὴν νίκην προστάσσει apud Orum Apollinem lib. 1. c. 13. Hrabanus Maurus in C. Mſ. bibliothecæ ſancti Benigni Diuionenſis Mathæi 22. Quid namque ſunt illa Angelorum agmina, niſi exercitus Regis noſtri? vnde & idem Rex, Dominus Sabbaoth dicitur.

EPISTOLA XI

N] Nicolao, eundem Cardinalem vo[illegible]. Polyd. Virg. lib. 15. Hiſt. Angl.

Pandulfo.] de quo ſupra Epiſt. 6.

Denario] ſupra ead. Epiſt. 6.

Conceſſione] vt in c. bonæ memoriæ de poſtul. prælat.

Centenariam] quæ pollet iure legitimo non humano, ideoq; titulus aut tempus immemoriale dicitur non præſcri[illegible] τοῦ αἰῶ-

γος μᾶλλον ἤπερ τῷ χρόνῳ περιγραφῇ Nouiκ cuius contextu nouella 9. abrogatur & l. vlt. C. de Sacros. Eccles. & rursus introducta reuiuiscit c. ad audientiam c. cum vobis de præscript. cuius species plurimum facit ad explanationem huius clausulæ vide l. 12. inter C. de sacros. Eccles. & ibi glossam sed Ecclesiæ, aduersus alium patrocinatur præcriptio, si triginta annorum spatio ætas possessionis incanuerit in rebus ab eadem sine vlla interruptione possessis, ex capitulari Caroli magni. Itaque centenaria, euerriculum omnium actionum, Ecclesiæ caussam summouebit: secùs si quæstio vertatur de censu Emphiteutico, quoniam sic constanter inoleuit (vt verbis Codicis Vvisigothorum de tricennali v[illegible], ex lib. 10. c. 2.) vt iam non quasi ex in[illegible]ie humana, sed velut ex ipsa rerum [illegible] processisse videatur; secundum quæ [illegible]auditorio Curiæ decretum fuit SC. 29. Ianuarij 1607. agente Francisco de Moroges aduersus Franc. Clerget, vbi super eadem re perpetuæ voluntatis constanti elogio iudicatum fuit in hunc modum. Sed in regno Christianissimo res priuata principis, & iura liliorum nullo tempore præscribi possunt, ordinatione regia 1539. Chopinus de dom. lib. 3. tit. 9. etiam si aliquo liberali titulo distracta

fuerint, secundum quæ iudicatum fuit 13. Iunij 1619. SC. in hereditate Francisci Loriot quem aduenam dicebant, cuius censum Magistratus Municipalis (quem Maiorem vocant) describi iusserat ex beneficio Ducum Burgundiæ, quorum munificentiam Carolus VIII. Christianissimus confirmarat. Rescripto etiam SC. approbato die 20. mẽs. Decemb. 1492. Sed viceprocurator Fisci coram iudice ordinario contraria festinatione, δημογενείας iura regalia esse proposuit, quæ neque distrahi, neque iugi aliquo tempore præscribi possunt, secundũ quæ sententia lata est, cuius formulæ propugnante viro erudito Hugone Picardet Fisci procuratore Regio, Senatus primi iudicij elogio subscripsit.

Schismatum] d. c. cùm nobis, sicut tempus hostilitatis c. ex transmissa cod. tit. Tyrannidis l. decernimus c. de sacros. Eccles. belli intestini, ex ordin. regia Blesensi §. 50. pupillaris ætatis l. sicut C. de præscr. 30. vel 40. annorum.

Responsales] vide supra Epist. 5. lib. 13.

Explicit.



Digitized by Google

71

Digitized by Google